Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

~~113.~~
168 E 16
GW. 6523
CA. 418
Lonar, "indicating letters for the Rubricator"
[a b c d e⁸]
e8 ontbreekt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

¶ Incipit ſolaciũ ludi ſchacoꝝ. ſcilicȝ regiminis ac morum hominũ et officium viroꝝ nobiliũ. quoꝝ ſi quis formas menti impreſſerit bellum ipſum et ludi virtutem cordi faciliter poterit optinere.

Ego frater iacobus de theſſolonia multoꝝ fratrũ ordis mei et diuerſoꝝ ſeculariũ p̄cibꝰ ꝑſuaſus dudũ munꝰ requiſitũ negaui vt tranſſcriberem ſolacij ludũ ſchacoꝝ. videlicet regimis morũ ac belli humani generis documentũ. Sane cũ illũ ad populũ declamatorie p̄dicaſſem. multiſqȝ nobilibꝰ placuiſſet materia: honori eorũ ac dignitati curaui aſſcribere monenſqȝ eos vt formã ipſoꝝ menti imprimãt. vt ſic bellum ipſum ac ludi virtutem cordetenꝰ poſſint facilius optinere. ¶ Hunc ergo libellũ de moribus hominũ et officijs nobiliũ ac populariũ ſi placet intitulari decreui. Et vt ĩ eo ordinacius procedat̄ ante ipſum capittula prepoſui vt q̄d in eo ſequit̄ plenius eluceſcat. Tractatibꝰ aũt quatuor opus ipſum lector nouiter eſſe diſtinctũ ludi ſchacorũ

Capittulũ primũ tractatꝰ primi de cauſa inuencionis ludi ſchacoꝝ.
Capittulũ ſecundũ quis ludum hunc inuenit.
Capittulũ tercium de triplici cauſa inuencionis ludi p̄dicti.
¶ Tractatus ſecũdus de formis ſchacorũ nobiliũ.
Capittulũ primũ de forma regis et moribꝰ et hijs q̄ ptinẽt ad eos.
Capittulũ ſecundũ de forma regine et moribus eius.
Capittulũ terciũ de alphilibꝰ et officijs et moribꝰ eorum.
Capittulũ quartũ de militibꝰ et moribꝰ eorum.
Capittulũ quintũ de forma rochorũ officio et moribꝰ eorum.
¶ Tractatus tercius de forma et officijs populariũ.
Capittulũ primum de agricultura.
Capittulũ ſecundũ de operarijs fabrorum.
Capittulũ tercium de lanificio.
Capittulũ quartũ de mercatoribꝰ et campſoribꝰ.
Capittulũ quintũ de medicis et pigmentarijs.

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE'SHAGE.

[a]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Capittulũ ſextũ de tabernarijs et hoſpitibꝰ.
Caplm̃ ſep. de ciuitatũ cuſtodibꝰ et officialibꝰ cõibꝰ et pedagiarijs.
Capittulũ octauũ de prodigis ribaldis luſoribus et curſoribus.
¶ Tractatus quartus de progreſſu et motu ſchacoꝝ.
Capittulũ primũ de ſchacario in genere.
Capittulũ ſecundũ de progreſſu regis.
Capittulũ tercium de progreſſu regine.
Capittulũ quartũ de progreſſu alphiliũ.
Capittulũ quintũ de progreſſu militũ.
Capittulũ ſextum de progreſſu rochorũ.
Capittulũ ſeptimũ de progreſſu populariũ.
Capittulũ octauũ de recapittulacioẽ tocius opis.

¶ De cauſa inuẽcionis ludi ſchacoꝝ. Capittulũ primũ.

INter oīa genera ſignoꝝ mala in hoīe vnũ eſt ꝑcipuũ videlicꝫ qn homo nõ timet deũ per culpã. Et hoīes offendere per inordinatã vitã ꝙ nõ ſolũ correctiones negligit ſed correctores affligit. Quẽadmodũ de imꝑatore nerone legimꝰ q̇ ſenecã mgrm̃ ſuũ occidit eo ꝙ increpacioẽs eiꝰ ferre nõ poſſet. Tꝑe ergo eiuſmodi dagregis babilonie hoīs laſciui īiuſti et crudelis qui patris corpus ſcꝫ nabugodonoſor in trecentas ꝑtes diuiſit et trecentis vulturibꝰ dedit ad cõmedẽdũ. Hic ludꝰ inuẽtꝰ ẽ quẽ de moribꝰ hoīm et officijs nobiliũ ī prologo intitulari decreui. Hic enī rex inter alia mala vnũ habebat peſſimũ ꝙ correctores ſuos odebat et occidebat īcrepatores qđ ſtultiſſimu ẽ. Huic ſilabat̃ pater ſuus nabugodonoſor qui dũ ſompniaſſet et euigilaſſet et nõ recordaret̃ ſompnij voluit occidere oẽs ſapiẽtes babilonie eo ꝙ nec ipſum ſompniũ regi poterant iudicare vt hẽt̃ libro daniel ꝓphete. ij. caº. Opinant̃ nãqꝫ alij hunc ludum inuentũ fuiſſe tꝑe belli troiani ſꝫ hoc nõ hꝫ veritatẽ. Nã a caldeis ad grecos trãſiuit vt dicit grecus dyometes qui inter phõs primã famã accepit apud grecos. Et poſtmodũ alexãdri magni tꝑibꝰ tam egiptũ q̃ꝫ ꝑtes auſtrales orbis fama ſua occupauit. Quare vero ſic famoſus ī mũdo extiterit in ſequenti tercio capittulo nos dicemꝰ.

¶ Capittulũ ſecundũ eſt quis ludũ iſtũ primo inuenit.

HUius ludi ac nouitatis inuentor extit phũs quidã orĩetalis
xerſes apud caldeos vel philometer apud grecos ꝙ idem eſt
apud latinos menſure ſiue iuſticie amator. Huius hominis fama
apud grecos et athenieñ in tm̃ claruit vt poſtmodum probi phĩ ac
ſciencie amatores hoc a progeĩtoribꝫ nomẽ acceperunt. Tante enĩ
extitit iuſticie vt mori pocius eligeret ꝗ̃ ſimultatẽ celſus in regali
bus delicíjs ſpreta iuſticia vitã finiret. Nã cũ populus videret vitã
regis deteſtabilẽ et nemo eũ culpare auderet propter eius crudeli-
tatẽ quã in hominũ ſapientũ nece oſtẽderat. rogatibꝫ populis vita
neglecta morti ſe expoſuit mallens pro iuſticia vitã finire quã ad
modicũ tẽpus eam ducere brutis moribꝫ deformatã ꝙ idem effecit.
Dicit valerius maximꝰ. Theodorus cyroneus qui fuit affixus cruci
pro eo ꝙ regẽ liſmiatũ ꝑ ſuis obſcenis et iniuſtis actibꝫ increpare
auſus eſt. Qui dũ eculeo crucis pendens dixit regi. Tuis conſiliaríjs
purpuratis ſit hᶜ pena quã timent. Mea ſiquidẽ nichil intereſt vtrũ
humi an ſublimi requieſcã. Voluit aũt dicere ꝙ modicũ curaret de
ipſa morte et mortis pena dũ tñ innocenter et pro iuſticia moreret̃.
Legimus enim democritũ phm̃ ſibi oculos eruiſſe vt malis moribus
et iniuſtis reſiſteret. Senecã quoqꝫ legimꝰ ad mortem properantẽ
vxoris poſt eum flentem dixiſſe innocentẽ eum dampnatũ. Rñdiſſe
Tace inquit melius me mori innocentẽ exiſtimes ꝗ̃ propter culpã
diem claudã extremũ. Sic et huiꝰ nouitatis inuentor protuenda
iuſticia morti ſe expoſuit et vitã pñtem cõtempſit.

¶ Capittulũ terciũ de triplici cauſa inuencionis iſtius ludi.

CAuſa inuencionis huius ſolacíj fuit triplex. Prima fuit regis
correctio. Secũda ocíj euitacio. Tercia ſubtiliũ racionũ multi
plex inuencio. ¶ Circa primũ ſciendũ ꝙ predictus rex cuius me-
moriam fecimus in primo capittulo. Cum vidiſſet hunc ludum et
multos milites et barones et duces cum dicto phõ bellicoſe ludere
miratus ludi pulchritudinẽ et incõſueti ſolacíj nouitatem intereſſe
voluit ludum diſcere deſiderauit et cum dicto phõ ludendo debellare

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

decreuit. Qđ cum phūs reſpondiſſet hoc nō poſſe facere niſi primo formā diſcentis aſſumeret. Reſpōdit rex hoc eſſe cōgruū et diſcere cupiens formā diſcipline omnimode in ſe ſuſcepit. Tūc phūs formā tabulam ac ſchacoꝝ ac morum regis et nobilium ac popularium et officiorū eoꝝ deſcribens vt in ſequentibꝰ capittulis declarabimꝰ eū ad correctionē morū ad virtutū informacionē attraxit. Ea ꝑpter audiens correctionē ſuā ꝑpt̄ quā iā multos ſapiētes occiderat. Cōminatorio precepto phm̄ interrogauit q̄re hunc ludū inueniſſet. Cui reſpondit o dn̄e mi rex vitā tuā glorioſam deſidero quā videre non poſſum niſi iuſticia et bonis moribꝰ inſignitus a populo diligaris. Opto ergo te aliū fore regimine vt t̄ prius dn̄eris qui nō iure alijs ſꝫ violencia dominaris. Iniuſtum quippe eſt vt alijs dominare tu velis cū ipſitibi impare non poſſis. Et memento violenta imperia durare non poſſe. Hec ergo vna correctionis cā extitit. Pacienter enī reges ſapientū ſuoꝝ correctiones ferre debent et ipſos correctores libenter audire. Quēadmodū de alexandro dicit valerius. Quidā enim miles nobilis et opinione maximus volens eum increpare ꝙ nimia deſideraret. Maxime circa homiēs dixit ei. Si dij veſtri corpus tuū qđ eſt ꝑuū auiditati et deſiderio animi tui ſimile eſſe voluiſſent orbis totus te non capere poſſet. Nam et manu dextra tangeres orientem et manu ſiniſtra occidentē. Cum ergo corpus tuum non reſpondeat anime. an tu es deus an homo aut nichil. Si tu es deus certe tu deum debes imitari vt hominibꝰ beneficia tribuas nō ſua eis eripias. Si vero homo es mortalē te rē cōſideres vt deſiſtas Si vero nichil es hec memento ne tu tuipſius obliuiſcaris. Nichil tam firmū eſt cui nō ſit periculū ab inualido. Et leo rex beſtiarum q̄nq3 minimaꝝ auiū pabulū fit. ¶ Sequit̄ ſcđa cā inuēcionis ludi.

SEcunda cauſa inuencionis fuit ocia vitare de quo dicit Seneca ad lucillum. Ociū ſine litteris mors eſt et viui hominis ſepultura. Et eciam varro in ſentencijs ꝙ viatores non eunt ut eant. Sic et vita non ſui cauſa fit ſed vt ea preclaꝝ aliq̄d fiat. Et ideo hic p̄ntis ludi inuentor nō ſolū cum īuenit vt regē corrigeret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

ſed vt ocium et triſticiam cauſatam ex ocio vitare doceret. Conſue
uerunt enim multi pre nimia habundancia fortune ſe dare ocio.
Vnde quintilian⁹ dicit ꝙ ad omne votum fluente fortuna laſciuit
ociū. Et ideo ſepe neceſſe ē vt infacinus ardor ocioſus erūpat. Ex
tali enim ocio cauſatur amaritudo animi nimia q̄ iocūditas ſpūa-
lis extinguitur et quodam deſpacionis precipicio mens ī ſeipſa ſub
uertitur. Sed quia per hoc ſolacium ocium et triſticia deuitantur.
ideo ꝓpter hec euitēda xerſes hunc ludū inuenit ſiue philometer.
Sequitur tercia cā inuēcionis ludi.

TErcia cauſa īuencionis ludi q̄a vnuſquiſqꝫ appetit naturalit̄
ſcire et nouitates audire. Vnde legit̄ de athenienſibus ꝙ tō
ſtudebant vt ſcirent et audirent aliquid noui. Et quia viſus corpo
ralis qn̄qꝫ multum impedit cogitare ſubtilia. Ideo democritum ſibi
legimus oculos eruiſſe vt vegetaciores et acuciores cogitaciones
haberet. Multi enim debiles viſu vel carentes propria viſione in
inuencione acuciores fuerunt ſic vt patet de dindimo alexandrie
ciuitatis epiſcopo qui carens viſu tante fuit intelligencie vt diſci
pulos meruēt habere. ſ. Gregoriū nazanzenū et iheronimū romane
eccleſie preſbiteriū cardinalē. Qui cum iam cepiſſent eſſe ſub alijs
viris magnis doctoribus. Aliorū eſſe doctores. Sub dindimi ſcola
alexādri reinceperūt eſſe diſcipuli ꝓpter eius intellectus et ingenij
altitudinē. Legimus magnū anthoniū heremitā ipſum dindimū
epiſcopum viſitaſſe et inter verba cōſolatoria dixiſſe. Si doleat din
dimus lumen oculorū ꝑdidiſſe. Cui dindimus. Miror ſi non credis
me dolere. Reſpondiſſe fertur āthonius ymmo pater te hoc dolere
debes ꝑdidiſſe qđ in corpore cōmune habebas cum beſtijs. Cum re
coles te habere in mente qđ habes cōmune cū angelis. Ob hoc
ergo huius ſolacij inuentor anxietate preſſus ac extra corpus effect⁹
rerum ſenſibilium et palpabiliū factus obliuioſus. Ad mentem ſe cō
tulit ludum variarū inumerabiliū racionum plenū inuenit propter
multitudinē racionum et variarū ſimilitudinū ac ingenia bellorum
in eodem decertanciū famoſus fuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

¶ Incipit tractatus ſecūdus de formis ſchacoꝝ nobiliū. Capittulū .i.
De forma regis et moribꝰ et hijs que pertinent ad eos.

Rex ſic accepit formā a principio. Nam in ſolio poſitꝰ fuit purpura indutus quod eſt veſtis regalis habens in capite coronā in manu dextra ſceptrū in ſiniſtra habens pilā rotundam. Nam ſuper alios optinet et accepit dignitatē quā pretendit corona capitis. Nam gloria populi eſt regalis dignitas. Ad regem enim oculi omniū intendere debent et ſuis obtemperare et parere mandatis. Inter ceteros ymmo ſuper ceteros dat virtutibꝰ et gracia eniteſcere qđ oſtēdit regalis purpura Sicut enī corpus pulchris veſtibus decoratur. Sic et interior mēs et anima moralibus virtutibus tāq̄ quibuſdā veſtiť habitibus. In manu leua pilum defert vt tocius regni āminiſtrationem attendat et ſe āminiſtratorē et per ſuos vicarios cōſideret ꝓuiſorē. Verū qa ad eū pertinet cohercere quis amor non retinet. In dextra manu ſceptrum portat iuſticie et rigoris. ¶ Et quia miſericordia et iuſticia cuſtodiunt regē et ſtabilitať in eis iuſticia thronus eiꝰ. In eo debet lucere clemencia et miſericordia de qua dicit ſeneca ad neronē imperatorē. Nullum ex omnibus clemencia magis q̄ regem et principē decet. Qui enim vult amari languida regat manu. Et ideo valerius dicit ꝙ humanitatis dulcedo eciā efferata .i. effrenata barbarorum ingenia penetrat et crudeles hoſtiū oculos emollit. ¶ Phiſiſtācius athenienſiū dux Cum iuuenis quidā amore filie ſue virginis eſſet accenſus et captaſſet locum et tempus quo ipſa virgo tranſiret cum matre et iuueni obuia facta eſſet virginē iuuenis oſculať. Mater vero virginis nimiū cōturbata a patre virgīs duce videꝫ de iuuene requireret ſupliciū capitale. Reſpondit phiſiſtancius dux. Si eos qui nos amant interficiemꝰ. Quid hijs facimus quibus odio ſumꝰ Hec enim vox de ore principis ex humilitatis clemēcie radice emanauit. In hūc modū filie ſue tulit iniuriā et multo laudabilius ſuā Hic quoqꝫ princeps amicū habuit ariſpū noīe qui contra ipſum in

tantū ira et voce et verboꝝ protacitate exarſit vt in ipſius faciem
ſpueret. Ac princeps ſic animi vocē et geſtū ab ira cohibuit vt pu
taret eū nō ſuſcepiſſe vel audiſſe īiurias ſed laudes honores. Filios
eciam ſuos violate patris maieſtati cupientes ſubuenire a vindicta
retraxit. Poſtera autē die ariſpus cōſiderans culpā quā in principē
cōmiſerat ſeipſum voluntarie ꝑimere voluit. Qđ audiens phiſiſtāciꝰ
ad illum acceſſit deditqȝ illi fidem ac iuramento firmauit ſe in eodē
priſtine gracie manſurū gradu et ſic eū ab incepto homicidio reuo
cauit. ¶ Eque enim fuit mitis animꝰ pyrri regis qui cum audiſſet
quoſdam tarentinos in cōuiuio multa et innumirabilia de ſe dixiſſe
infamāda. Et accerſitis eis omnibꝰ q̇ in cōuiuio interfuerūt q̄rere
cepit an de ſe talia inhonorabilia protuliſſent. Tūc vnꝰ ex eis rn̄dit
Niſi inquid nobis vinū defeciſſet hec que tibi relata ſunt pre hĳs
que de te locuturi eramꝰ ludus fuiſſet ac iocus. Tā vrbane crapule
excuſacio tā ſimplex viritatis cōfeſſio irā regis vertit in riſum. Et
ideo hac clemencia et moderacione aſſecutus ē: vt et ſobrĳ tarētini
regi grās agerēt et ebrĳ īprecarent̄. ¶ Sequūt̄ regis cōdiciones.
REx veritatē corde et opere ſemper attendat. Iuxta illud ve
ritatē meditabit̄ guttꝰ meū et labia mea deteſtabimur impiū
Cui enī racione officĳ deo quodāmō ſit ſimilis ipſe aūt deus ſit ipſa
veritas ideo in eo cē verbū verū ſit vt qđ ꝓmittit oīmode intēdat
Et ideo dicit valerius maximꝰ ꝙ cū alexander cum ſuo exercitu ita
promotus iret cū magno impetu ad quandā ciuitatē lapſatū nomine
diruendā et euertendā: ciuis autē illius ciuitatis anaxagoras phūs
qui fuit magiſter alexandri: audiens regē alexandrū ſic venire ciui
tatem exiuit vt regi preces porrigeret pro ſalute ciuitatis. Qđ cū
rex hoc cerneret ne poſtulare nolens materiā audiēdi haberet: rex
in loquendo phm̄ ꝑuenit iuramēto dicens. Iuro per deos ꝙ nichil
hoꝝ que pecieris faciā. Tunc phūs ſapienter attendens regis iura-
mentū reſpondit. Peto ergo dn̄e vt lapſatū ciuitatem natiuitatis
mee diruas et diſperdas: quā poſtulacionē attendens alexander ſa-
lutem verbi conceſſit, maluit enim iram et voluntatē quā habebat

contra ciuitatem dimittere ꝗ̃ cōtra iuramentū venire. Et ita ſalus vrbis vnius iuramenti beneficio obtenta eſt. ¶ Quintilianꝰ dicit ꝙ iurare niſi vbi neceſſe fuerit graui viro et famoſo parū cōuenit Verbū enī ſatis ſimplex in rege vel pricipe firmius ſit ꝗ̃ iuramētū in mercatore viro. ¶ Sequit̄ ſecūda cōdicio pertinens ad regē.

REx eciā impietatē debet deteſtari. difficile michi videt̄ pium hominē impia morte perire et crudeles crudeli ſupplicio īteremptos. Nā refert oroſius ꝙ quidā perillus noīe eris et metallorū opifex credens cōplacere pharallidi tyrāno et crudeli qui agrigentinos alias argētinos depopulabat̄: et exq̄ſitis tormētis cruciabat fecit thaurū eneū magnū et in latere fecit hoſtiolū ꝑ qd̄ intromitterent̄ qui morte erant dampnandi vt ita ſuppoſito igne cremarētur Et cū introcluſi vociferarent pre pena nō audiret̄ vox humana ſz feralis: et ex hoc minꝰ pharalladias ad impietatē moueret̄. Cū aūt opus factū nimis crudelitati aptū regi pharallidi pn̄taſſet opus rex laudauit inuentorē autē eiꝰ execrans dixit. In te primū excipies et ꝓbabis ꝙ tu michi crudeli tu crudelior pn̄taſti. Nā ipſum artificem ſua inuēcione puniuit. Ouidius. Nulla lex eqor ꝗ̃ necis artifices arte perire ſua. ¶ Sequit̄ tercia cōdicio valens regi bono et ꝑfcō.

IN rege debet eſſe iuſticia. Quid enī ſunt regna ſine iuſticia niſi magna latrocinia quare et latrocinia quedā ſunt regna Et ideo refert auguſtinꝰ de ciuitate dei. Qd̄ erat quidam dyomedes nomine qui vna galea. ſ. naui mare infeſtabat capiens homines et expolians. Cūqz multis tp̄ibus ſic tranſeūtibꝰ fuiſſet infeſtus regi alexādro fuit nūciatū ꝙ alexander intelligens parari fecit diuerſas galeas et dyomedē iuſſit inſequi et ſibi pn̄tari mandauit. Cūqz hoc factū eſſet interrogauit alexander dyomedē dicens. Quare te habz mare infeſtū. Reſpondit dyomedes propter qd̄ et te orbis terrarum infeſtū habet. Quia id facio vno nauigio latro vocor. q̇a tu vero hoc idē facis magna claſſe ideſt magna nauiū multitudine diceris imperator. Sed ſi fortuna māſueſceret finē: ego q̊z melior at cōtra qua tu fortunācior tāto deterior eris. Alexāder reſpondit. Fortunā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

turā mutabo ne aſcribatꝛ fortune malicia tua ſed meritis. Et ſic factū
eſt vt qui prius erat pyrata maris et latro fieret pRīceps et iuſticie
mirabilis amator. Sequitꝛ opus ſiue negociū quarte cōdicioīs.

REx cōtinenciā carnis maxime debꝫ habere. ꝙ rn̄tat vna ſola
regina que ſedet a ſiniſtris eius. Credibile namqꝫ eſt vt cū
rex bonis moribꝰ pollet et iuſtis actibꝰ nitet. ꝙ filij q̇ ex eo naſcūtꝛ
eoſdem mores ſequūtur. Degenerare autē a patre nō debet filius ſꝫ
cōſiderare vt a quo recepit naturā imitetꝛ et mores. Nā cōtra naturā
aliq̄liter facit rex et homo quilibet et cū relicta propria vxore alterā
ſubinducit. Nam in omnibꝰ animalibꝰ quaſi et in auibꝰ maxime pꝫ
vbi maſculus habet curam de filijs maſculus vni ſoli iungitꝛ ſicut
manifeſtū ē in colūbis paſſeribꝰ et ſic de alijs in quibꝰ tā maſculꝰ
q̄ꝫ femina nutrit prolē. In quibꝰ aūt maſculꝰ nō nutrit ꝓlē in illis
maſculus indifferēter accedit ad multas feminas vt patet ī gallo qui nō
nutrit pullos et ideo indifferēter ad multas gallinas accedit. Et quia hō
intra cetera animalia curā hꝫ de filijs educandis hereditādis et ho
norādis. Ideo cōtra naturā facere videtꝛ. quādo ſpreta vxore ꝓpria
aliā ſubīducit. De hac cōtinēcia refert valerius ꝙ ſcipio affricanꝰ
ſic vocatus q̇a affricā deuicit cū eſſet romanꝰ genere. xxiiij. ānorꝫ et
in ſuā poteſtatē redegiſſet vrbē carthaginē et inde multos obſides
accepiſſet. Inter quos cum oblata eſſet ei virgo eximie pulchritu-
dinis adulteqꝫ etatis vt ſuis fruaretꝛ amplexibꝰ. Iuuenis princeps
ac celebris et victor poſtq̄ꝫ ſciuit eā eſſe deſpōſatā ciuitā carthaginēſi
indibili noīe celciberine gētis nobiliſſimo fecit vocari parētes pu
elle quibꝰ virginē et ſponſam inuiolatā tradidit et intactā aurū eciā
pro redempcione puelle qđ ei portatū fuerat dotis ſumme adiecit
Qua cōtinēcia et munificēcia dictus indibilis virgīs ſponſus aīos
oīm nobiliū gētis ſue romaīs applicauit. Et ħ de rege dcā ſufficiūt

Capittulū ſecundū de forma regie officio moribuſqꝫ eiꝰ virtuoſis

FOrma autē regine ſic inſtituta fuit nā ſup ſolium collocata
eſt domina q̄ pulchra cū corona in capite deaurato veſtimēto
et clamide circūamicta varietate. A ſiniſtris collocatꝛ regina ꝓpt

5

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

maritales amplexus. Unde in cantic. oꝝ. loquit leua eiꝰ ſub capite meo et dextera illius amplexabat me. Eſt aūt a ſiniſtris regis collo cata ꝑ graciā quo rege donatū eſt ꝑ naturā. Nam melius eſt reges habere ꝑ ſucceſſionē primogeniture ꝙ per electionē et principum voluntatē. Sepe enī principes diuerſis interuenientibus diſcordes fiūt et diſcedentibꝰ voluntatibus neceſſe eſt: aut electionē tardari ꝗ proprijs vtilitatibꝰ attēdentes pſonā in electiōe regis nō meliorē ꝗ digniorē eligere. ſed vtiliorē proprijs cōmodis affectant. Qui vero per ordinē primogeniture ad dignitatē regalē aſcendit neceſſe eſt educatos eſſe bonitate et moribꝰ ac iuſtiz actibꝰ quibꝰ rex genitor infirmabat Et neceſſe ē principes timere mouere in regno diſcordiā dū viuente rege natū primogenitū conſiderant regnaturū.

¶ Sequit prima condicio regine.

Reginā vero ſapientem caſtā morigeratā honeſtis parentibus natā et in nutriturā filioꝝ ſollicita eſſe eſt neceſſe. Sapiēcia vero eius apprimet non ſolū in geſtibꝰ ſed eciā in verbis. maxime quādo contra naturā mulieris ſecreta ſecrete in corde cōſeruat cōferens in corde et alijs denegat apire. Mulier enim natura ē cōmunis ſecreta male celare. De hoc dicit macrobius in libro de ſompno ſcipionis. ꝙ puer quidā romanꝰ nomine papirius ſemel patri iunctꝰ intrauit in ſenatū ſapientū romanū vbi quoddā ſecretiſſimū eſt habitū cōſiliū qd nō licebat alicui reuelare ſub pena capitalis ſupplicij Dūqꝫ papirius domū rediſſet et mater eius interrogaret vñ rediſſz et quo iſſet. Reſpondit puer ſe interfuiſſe conſilio romanoꝝ ſenatoꝝ cum patre. At illa. Que et quala egerūt in ſenatu. Cui ille. Non eſt licitū dicere qd ſub pena capitis ne reuelet. ꝑ conſules eſt decretū. Mulier auidior audiendi ſecretū facta et ſilenciū pueri modo precibus modo minis et terroribus auū pueri in diuerſa inclinare deſiderās in ꝙtum poterat enarrauerat. Cūqꝫ illa peius puero nimis eſſet moleſta vetus mēdacij cōſilium accepit et vt penam effugeret et cū ſecretum teneret. Actū in ſenatu dicit vtꝝ melius ſit vt vnꝰ vir. ij. habeat vxores. An ꝙ vna pluribus viris nupta ſit. Et dū illa hec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

audiſſet atqꝫ alias filius matrem monuiſſet vt nemini hoc ſecretum
diceret. Illa ſtatim in ſecreto ad alias et ceteras matronas retulit.
Et ī tantū factū eſt vt romane femine oēs hoc ſecretū vt publicū
hrn̄t. Poſtera die oēs ad ſenatū cōfluūt orātes vt vna pociꝰ duobꝰ
nupta fieret ꝙ̄ vni due. Senatores q̄ nā eſſet illa mulierū intēpe
ries et quid ſibi hec poſtulacio vellet mirabanť. et nō vt parue rei
prodigiū ponebāt inuerecūdi ſexus illam impudicā inſaniā. Tunc
puer papirius intrans ſenatū dixit ꝙ timore mortis manꝰ matris
effugere cupiens hoc mendaciū inueniſſet et vt ſecretū conſiliū pu
blicari non poſſet. Tunc ſenatores multū cōmendauerūt ingeniū
pueri ac ſtatuerunt vt nullus puerorꝫ in poſterū preter papiriū cū
patribꝰ ad conſiliū accedere preſumeret quē voluerūt ſenatu ſemp
interexiſtere. ¶ Sequiť ſecūda cōdicio virtuoſe regine.

Caſtam et honeſtā decet eſſe reginā vt cui tm̄ in dignitate cō
fertur ex gracia omnibꝰ honeſte et caſte viuendi ſit forma.
Unde refert iheronimꝰ cōtra iouinianū ꝙ duolius nobilis romanꝰ
qui primꝰ rome nauali bello triūphauit ac hoſtes vicit yliā noīe
duxit vxorē virginē que fuit tante pudicicie vt illo tempore quo
incōtinēcia fuerat pocius ꝙ̄ viciū in exemplū fuerit caſte viuētibꝰ
Hic duolius iam ſenex et tremens in quodā loco ab emulo ſibi au
diuit exprobrarios fetidū. Cumqꝫ domi ſe triſtis retuliſſꝫ et vxori
queſtus eſſet quare hec ſibi nō dixerat vt huic vicio mederet̃. Illa
reſpondit feciſſem hoc libenter niſi putaſſem omnibꝰ hominibꝰ ſic
os olere. Laudanda in vtroqꝫ nobilis et pudica femina. Et ſi igno
rauerit viciū viri et ſi ſapienter tulerit et pacienter et ꝙ maritus
infelicitatē corporis nō vxoris faſtigio ſꝫ prius cōuicio ſenſit inimici
Annua vidua quedā cū eā quidā propinquꝰ moueret vt alteri nu
beret allegans ei eſſe etatē integrā et faciem. i. pulchritudinē bonā
Illa reſpondit nequāꝙ̄ hoc faciam. Si enī virū bonū inuenero vt
an̄ habui nolo timere ne perdā. Si malū quid neceſſe ē poſt bonū
peſſimum ſuſtinere. Sed et caſtitatem melius ſeruare ipſa decreui.
Refert augꝰ ī libro de timore dei. ꝙ fuit rome mulier lucrecia noīe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

nobiliſſima et moribꝰ et genere cuiꝰ maritus colarinꝰ noīe qui impe
rator torquini ſuperbi filiū ſextū nomine ad videndū caſtrū ſuum
nomine collatinū inuitauit. Qđ cum fuiſſet ingreſſus ibidem vidit
lucreciā inter multas nobiles matronas reſidētē. Cumqꝫ regis filiꝰ
aīm cōuertiſſet et mores maturitatē et geſtus lucrecie mente reuol
ueret pre nimia corporis pulchritudīe tactus malo libidinis amore
capit̄. Et obſeruato tempore cū a roma abiſſet et colarinꝰ lucrecie
maritus cum rege ad excerciciū iſſet. Sextus filius regis ad caſtꝝ
colarinum colarini viri vbi lucreciā viderat cū ſodalibus ſuis iuit.
Ibiqꝫ cum ab ea honorifice eſſet receptus et tempus quo de nocte ho
mines quieſcere ſolent adueniſſet paratumqꝫ eſſet filio regis ſed eius
decenciā illo non hoſpes ſed hoſtis priꝰ cōſiderato loco vbi lucrecia
dormiebat cū omnia tuta ſopitiqꝫ eſſent omnes in cubiculū lucrecie
clam intrauit. Siniſtra eius manu oppreſſo pectore et dextra manu
tenens gladium dixit. Tace lucrecia. Sextus ſum torquini ſupbi
filius in manu eiꝰ morieris ſi emiſeris vocem. Illa p̄ nimio ſompno
ſtupefacta caruit. Tunc ille mulieris aīm nunc terroribus et minis
inclinare nitit̄ ad cōſenſum. Cūqꝫ ipſius aīm velut cor marmoreū
inueniſſet adiecit. Niſi tu michi cōſenſeris ſeruum tuum iugulatū
prius nudum corpi tuo nudo et iugulato hoc tuo cubiculo ſaciabo
vt fama per orbē diſcurrat lucreciā ob ſtupri cauſam. Quod cū ſuo
ſeruo cōmiſit iugulatū quiſqꝫ nouiter. Tunc illa timens huiuſmodi
infamiā cōſenſit coacta. Cūqꝫ regis filiꝰ expugnato decore mulieris
receſſiſſꝫ. Illa poſtera die ad patrē ad fratres et ad colarinū mari
tum atqꝫ ad brutū nomine ꝓcōſulē ipſius torquini nepotē litteras
ex ſuo nomine miſit ac deſtinauit vt ſtatim ſine mora ad eā veniāt
Cūqꝫ omnes adeſſent illa ſic ꝓlocuta eſt. Sextus filius regis tor
quini heri domū meā intrauit hoſtis ꝓ hoſpite. Tu autē collatine
ſcias veſtigia viri alieni in lecto tuo eſſe verūtn̄ quidā corpus vio
latum eſt animꝰ tn̄ inſons eſt vnde a culpa me abſoluo a pena tn̄ nō
libero. Qui autem hoc fecit et ſi in meū detrimentū fecerit in ſuum
erit. Si vos viri eſtis et ne aliqua impudica exēplo lucrecie viuat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

qui accipere noluerit exemplū e culpa nō negligat exemplū ex pena
Et ideo gladiū quē veſte occultatū habebat exemit ac ſeipſam pro
pria manu trāſuerberabat ſicqȝ mortua cecidit. Tunc brutus et ma
ritus pater et fratres et omnes amici gladiū quo ſe pemit accipiūt
Iurantqȝ ſup ſanguinē lucrecie nūq̄ ceſſare donec ꝓgeniē torquini
de roma expellant at nō permittant de illa ſucceſſione aliquē rome
regnare in poſterū qđ et factū eſt. Nā corpus mortuū romā deferūt
in populo tantā ſedicionē faciūt vt torquinis exulare cogat̄ apud
arduā que iuxta gallias ſcita eſt. Sextum vero criminis auctorem
gladio pemerunt. ¶ Sequit̄ tercia cōdicio ad reginā ptinens.

Mores q̄ꝫ regina hr̄e debet maturos vt in ea ſit omīs timor et
verecūdia nā mulier verecūdia pdita cū ea ſtatī pdit et pudi
ciciā. Vn̄ dicit ſymachus quorū mens honeſta ē imbecilla frons ē
Et ambroſius. In ipſo quoqȝ corporis decore verecundia plus nitet
mulierē ſuper omnia verecundus ac modeſtis aſpectus plus reddit
Qui et ſi in viro laudat̄ magis tn̄ relucet in femina. ¶ Refert ſeneca
ꝙ archeſilla quedā nomine tante fuit verecūdie vt amico ſuo pau
pi et paupertatē diſſilanti egro quidem nec hoc cōfitenti clam et
latenter ſacculū puluina cum pecunia ſuppoſuerit non attemptans
pre verecundia amico dicere vt acciperet deſiderans magis paupem
inueniſſe q̄ accepiſſe. Interdū enim ille cui iuuatur fallendus ē vt
nec a quo acceperit ſciat. Res enī loquūt̄ nobis tacentib⁹. Eligēda
vxor eſt q̄ ſit honeſtis parentibus orta vt plurimū enī filie mores
earū feminarū ſequūt̄ a quib⁹ traxerūt originē. Vnde legit̄ ꝙ qui
dam volens vxorē ducere accepit ſup hoc cōſiliū a quodā phō qua
lem vxorem ducere deberet. Qui reſpondit. Illā matrimonio ducas
cui⁹ matrē et auā noueris fuiſſe pudicas. Tali ei filiā eſtimo qualē
et matrē cognoui. Refert valerius maximus ꝙ ſocrates ab adoleſ
cente cōſultus vtrū vxorē duceret an ſe oīno matrimonio abſtineret
Reſpondit vtrū eorū aliqđ feciſſet acturum penitenciā. Nam hic te
inquit ſolitudo ibi te orbitas excipiet hic te generis interitus illic
heres alienus. Illic ꝑpetua ſollicitudo cōceptus querelarum dotis

exprobracio affiniū graue ſupſiliū garrula ſocrus lingua ſucceſſoꝛ
alieni matrimonij interitus libꝛorū inuentus. Idem libro. vij. Qui
dam vnice filie pater te miſtice petiuit vtrū eā pauperi ſed oꝛnato
aut locupleti parū ꝓbato collocaret. Cui ille. Malo inquid virum
pecimꝰ ꝙ̃ pecuniā viro indigentē. Marthia cathonis filia minoꝛ
cū quereretur ab ea cur poſt amiſſum maritū nō maritaret ſe denuo
Reſpondit. Nō inuenire ſe q̂ magis ſe vellet ꝙ̃ ſua. Quo dicto ele
ganter oſtendit diuicias magis ī vxoribꝰ eligi ſolere ꝙ̃ pudiciciā
Et multos non oculis ſed digitis vxoꝛes ducere. Optima ſane res
quā amicicia cōſiliat. Epicurus voluptatis aſſertoꝛ ꝙ̃ꝙ̃ methodorꝰ
diſcipulꝰ eius lencior habuit vxorē raꝛo dicit ſapienti ineunda cō
iugia quia multa incōmoda aut mixta ſunt nupcijs. Et qm̄ diuicie et
honoꝛes et coꝛporū ſanitates et cetera que indifferēcia nominamꝰ
que nec bona nec mala ſunt. Sed velut in medicullio poſita vſu et
euētu vel bona vel mala fiūt. Ita et vxoꝛes ſuas ī bonoꝝ maloꝝ̄qꝫ
cōfinio. Graue aūt eſt viro ſapiēti venire in dubiū vtrum bonū an
malum dicturus ſit. ¶ Fertur et aureolꝰ theophiliſti lib. de nupcijs
in quo queritur an ſapiens vir ducat vxorem et cum diffiniſſet an
pulchra eſſet. Si bene mori grata ſi honeſtis parētibus nata. Si
ipſe ſanus et diues ſit ſapientē aliqn̄ mire matrimoinū ſtatī intulit
hec aūt raro in nupcijs cōcoꝛdant. Non ergo vxoꝛ ducenda ſapiēti
primū enī poteſt impedire ſtudiū phie. Nec poſſe queꝙ̃ libris et
vxori piter inſeruire. Multa enī eſſe que matrenaꝝ vſibꝰ neceſſa
ria ſunt precioſe veſtes aurum gēme ſūptus ancille ſuppellex varia
latite et exedra deaurata deinde pcitas noctes garrule queſtioēs. Illa
honoracioꝛ ꝓcedit in publicū hec honorantꝰ ab omnibus egora in
cōuentu feminaꝝ miſera deſpicioꝛ. Cur aſpiciebas intimam. Qd cū
ancilla loquebaris de foꝛo veniens quid attuliſti non amicū habe
re poſſimꝰ non ſodalē alterius amorē ſuū odiū ſuſpicatur Si doctiſ
ſimus preceptoꝛ in quolibet vrbiū fuerit nec vxoꝛem relinquere
nec ſarcina ne poſſimus pauperē alere difficile eſt et diuitem ferre
toꝛmentū ad quā nulla eſt vxoris electio ſed qualiſcūqꝫ obnouerit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

habūda. Si iracūda ſi fatua ſi deformis ſi fetida. Quotcūqꝫ viciū eſt poſt nupcias diſcimꝰ. Equus bos aſinꝰ canis et viliſſima mancipia veſtes quoqꝫ et lebetes ſedile ligneū calix et vitriolꝰ fictilis probātᷣ prius ꝙ̄ emūtur ſola aūt vxor nō oſtenditᷣ ne an̄ diſpliceat ꝙ̄ ducatᷣ. ¶ Attendenda ē ſemꝑ eiꝰ facies et pulchritudo laudāda ne ſi alterā aſpexeris ſe eſtimet diſplicere vocāda eſt dn̄a celebrādꝰ eſt natalis iurandū ꝑ ſalutē illius vt et ſuperſtes orandū. honorāda eſt nutrix eius et gerula finis paternꝰ alumpnus et procurator calamiſtricus quoſcūqꝫ illa dilexerit eciā gratis ſunt amādi. Si totā domū regendā ei cōmiſeris ſeruitrix eſt. Si aliquid arbitrio reſeruaueris ſibi fidem adhiberi nō putabit et in odiū vertitᷣ atqꝫ in ira Et niſi cito cōſulueris parabit venena. Auguſtinus et aurifices et auriolos et inſtitutores gemmarum ſericarumqꝫ veſtium textores ſi intromiſeris periculum pudicicie eſt. Si prohibueris ſuſpicionis iniuria verū quid ꝓdeſt diligēs cuſtodia cū vxor impudica ſeruare non poſſet pudica nō debeat. Infida enī eſt cuſtos caſtitatis neceſſitas. Illa vero pudica dicēda ē cui licuit peccare ſꝫ noluit. Pulchra cito adamatᷣ. feda facile contempnitᷣ et facile cōcupiſcitᷣ. Difficile cuſtoditᷣ qđ plures amāt moleſtū eſt poſſidere ꝙ nemo hr̄e dignatᷣ. Minori tn̄ miſeria deformis habetᷣ ꝙ̄ formoſa ſeruatᷣ. Nichil tutū eſt ī quo tocius populi animi ſuſpirant. Alius forma. alius ingenio alius fercijs. alius liberalitate ſollicitat. Aliquomō expugnantᷣ qđ vbiqꝫ laceſſitᷣ. Qđ ſi propter diſpenſacionē domꝰ et languoris ſolacia et fugā ſollicitudinis ducuntᷣ vxores multo melius ſeruꝰ fidelis diſpenſat obediens voluntati dn̄i et diſpenſacioni eius obtemperās ꝙ̄ vxor que ſe in eo exiſtimat dn̄ari. Si aduerſus viri faciat volūtatē idē ꝙ plꝫ nō qđ iubetᷣ. Aſſiſtere aūt egrotanti magis poſſunt vernule beneficijs obligati ꝙ̄ illa que nobis īputet lacrimas ſuas et hereditatis ſpem vēdat igluuie et ſollicitudinē languētis aīmi deſperacione conturbet ꝙ ſi languerit egrotandū eſt et numꝙ̄ ab eius lectulo recedendū. Aut ſi bona fuerit et ſuauis vxor que cum raro viſa eſt. Cū partiriēte gemimus. cū periclitante torquemur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Sapiens autē numqꝙ ſolus eſſe poteſt habet ſecū omnes quicumqꝫ ſunt quicūqꝫ fuerint boni et animū liberum quocūqꝫ vult tranſfert ꝙ corpore non poteſt cogitacione cōplectitur. Et ſi homini inopia fuerit loquit᷑ deo nūquā vnus ſolus erit quātū ſolus fuerit. Porro liberorū cauſa vxorē ducere vt ne vel nomen noſtrū omnino non interiat vel habeamꝰ ſenectutis preſidia et certis vtamur heredibꝰ ſolidiſſimū eſt. Quid enim ad nos pertinet recedentes de mundo ſi nomine noſtro alius nominet᷑. Cū eciā filius patris vocabulū ſtati nō referat. Et innumerabiles ſunt qui eodem appellunt᷑ nomine aut que ſenectutis auxilia ſunt nutrire domi qui ante te forte prior mo riet᷑ aut pverſis moribꝰ ſit. Aut certe cū ad maturā etatē pveneris tarde ei videatis mori. heredes autē cerciores et meliores ſūt amici et propīqui quos viuos videns eligas ꝙ quos vel᷑ nobis cogaris habere. licꝫ certa hereditas ſit dū adhuc viuis vñ ſbā tua quā tuo labore acquiſitā incertos vſus relinqre. Cycero rogatus a quodā vt poſt repudiū terencie ſororē eiꝰ duceret et oīmode faceret. Sup cedit dicens nō poſſe ſe vxori et liberis et phīe pariter operā dare Gorgias rethor libꝝ pulcherrimū grecis tunc inter ſe diſcedentibꝰ recitauit olympie cuiꝰ melācius inimicꝰ eiꝰ hic nobis inquit de con cordia precipit qui ſe et vxorē et ancillā tres in vna domo concor dare nō potuit. Emulabatur quippe vxor eiꝰ pulchritudinē ancille et caſtiſſimū virū cotigianis uirgis exagitabat. Terencius dicit ꝙ vnoquoqꝫ aīo ſocrus oderunt nurus. Refert ſeneca ſe cognouiſſe quendā ornatū hominē qui exciturus ī publicū faſcia vxoris pectꝰ colligabat et nec pectus quidā hore pn̄cia carere poterat. pociorēqꝫ nullā niſi alterius tactꝰ liberis vir et vxor hauriebat aliā deinceps nō minꝰ inepta facientes in qua prouida uis ardentis affectus erū pebat. Ergo quidā amoris honeſta erat ſed magnitudo deformis nichil autē intereſt ꝙ ex honeſta cā quis inſaniet. Vñ et ſextus in ſentencijs. Adulter eſt inquit in ſuam vxorē amator ardencior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis ē et in ſua nimius. Sapiēs vir inditis debet amare cōiugē non affectu et regit voluptates nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

preceps fertur in coitū. Nichil eſt fedius ꝙ̄ vxorē amare quaſi adul
terā. Certe qui dicūt eā rei publice et generis humāi vxoribꝰ iūgi
et liberos colere imitent̄ ſaltē pecudes vt poſtquā vxoris venter in
tumuerit nec perdant filios nec amatores ſe exhibeant vxoribꝰ ſꝫ
maritos. Quorūdā enim matrimonia adulterijs coheſerunt et hoꝝ
matrimoīa reprobaui. ¶ Sequit̄ quarta cōdicio ad reginā ꝑtinēs
Erudire enim debet regina filios et filias in omni cōtinencia
cōſeruare. Juxta illud filij tui ſunt erudi illos filie tibi ſunt
ſerua corpus earū. Dicit enī helimādus ꝙ eſt neceſſaria principi
ſciencia litterarū cui cotidie legem dn̄i legere precipit̄. Hinc eſt ꝙ
in litteris rex romanoꝝ miſiſſe ad regem francie legit̄ hortans eum
vt libros ſuos liberalibꝰ ſtudijs inſtrui faceret adiecit inter cetera.
Rex illitatus eſt quaſi aſinꝰ coronatꝰ. ¶ Octauianꝰ ceſar filios ſuos
erudiri fecit natare ſaltare haſtiludere et quicqd ad miliciā ꝑtinet
Filias vero cōſuere incidere texere et quicquid ī lino ſeca vel lana
fit artē diſſere mandauit. Cūqꝫ a quibuſqꝫ carioribus quereret̄ cur
hoc faceret ille reſpondiſſe fertur. Cum hodie ſim dn̄s orbis neſcio
vtrū filij mei ad extremā paupertatē deueniant. Et ſi q̄ docti arte
fuerint honorabilem vitā ducere poterint. Jn omni enim caſtitate
cōſeruāde ſunt filie. Legimꝰ enī ſola cōtinēcia aliquas virgines
dignitatē regiā meruiſſe. Nam refert paulus longobardoꝝ hyſto
riographus ꝙ ī foro iulij fuit quedā duxiſſa roſimilda nomine hn̄s
quatuor filios et duas filias que cū cathanꝰ rex vngaroꝝ qui et
auri dicti ſunt obſideret caſtrū ciuitatēſe vbi et ipſa erat cū liberis
et vidiſſet de muro ipſum regem pulcherrimū corpore eius amore
capta occulte ei mādauit ꝙ ſi eā vellet in vxorē ducere ſibi caſtrū
traderet. Cūqꝫ ille promiſiſſet et iuramēto firmaret apertoqꝫ caſtro
auari qui et vngari dicūt̄ huc illucqꝫ diſcurerent mulieres et hoīes
capent filij aufugerūt quorum minus. Grimoaldus nomine primo
beneuētanus dux deinde longobardorū rex extitit ducqꝫ filie eius
acceptis carnibus pullorum ſuppoſuerūt mamillis vt ex carne pul
lorū mamillarū carne calefacta fetorem edo ret derent et ſicintacte

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

relcē inuicē loquebanẗ. ꝙ̃ fetide ſunt iſte longobarde vna vero eaꝝ
poſtmodū facta ē regina francie. Altera alamanie fuit regina. Pru
dens vero cathan⁹ noīe matri volens ſeruare promiſſum vna nocte
ſola ſibi matrimonio copulauit. Poſtera vero die tuodeci vngaris
ideſt auaris tradidit illudendā publice. Tercio vero die per naturā
fecit eam palo ligneo vſqꝫ ad vngulā tranſfigi dicens. Talis libidi
noſa mulier que propter ſuā libidinē ciuitatē ſuam perdidit talem
decet hr̄e maritū. et hec de regina.

¶ Capittulū terciū de forma alphiliū et moribus eoꝝ.

Sciendū eſt alphiles fuiſſe formatas admodū iudicū aſſeſſoꝝ
in cathedra cum libro apto āte oculos ideſt quedā ſunt cauſe
c̃minales quedā vero circa poſſeſſiones et res tempales litigatorie
ideo duo iudices neceſſario dbēt eſſe ī regno vnū videlicet alphilē
in nigro quo ad primas cauſas altrum in alto quo ad ſecundas.
Horum enim officiū eſt regi conſulere leges de mandato principis
cōdere totūqꝫ regnū morib⁹ informare et cauſas iuſtas fouere ſcd̾m
allegata ſentencias diffinire conſilia equa et recta ſine pſonarum
accepcione poſtulantib⁹ oſtendere contemplacioni intendere vt qd̾
alij manu operanẗ et ipſi mente et ſua ſapiencia diſponant et ordi
nant. Debet iudex firmus et cōſtans eſſe vt nō amore pecunie aut
liuore inuidie aut carnis origine corrumpaẗ. Quo ad primū dicit
ſeneca in libro de bñficijs ꝙ potencior erat dyogenes alexandro oīa
poſſidēte. Plus eni erat qd̾ ille nollet accipere ꝙ̃ ꝙ ille poſſet dare
Dicit eciam ꝙ marcus curius egregij romani nominis cū obſideret
ſānitas .i. beneuētanos et illi audiſſēt eū rē pauperē reb⁹ obtulerūt
ei magnū auri pondus. Cūqꝫ enim inueniſſent in caſtris ſedentē ad
cenam et ligneis vaſis vti in cibo nō aureis cogitauerūt paupem
eſſe et diuitē belle fieri dixerunt. Ecce qd̾ tibi munus ſamnite ideſt
beneuētani deferunt poſtulantes vt de obſidione diſcedas. Quibus
ille reſpondit. Narrate ſamnitis .i. beneuētanis marcū curiū magis
velle locupletib⁹ imperare ꝙ̃ ipſum eſſe locupletū. Et memētote eū
nec acie exercitus vinci nec pecunia corrūpi poſſe. Malū exitū hꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

illud qđ virtute et meritis effici debet cum id pecunia comparatur.
Refert helimādus ꝙ demoſtenes cū ariſtodinū autorē fabularum
interrogaſſet q̄tum mercedis vt ageret accepiſſet et ille reſpondit
auri talentū vt ego ait demoſcenes plꝰ accepi vt tacerē ita iudicū
cauſidicorum lingua dampnifica eſt niſi eam vt dici ſolet funibus
argenteis vnitas aput aduocatos igit̄ ipſum ſilencium venale eſt
Refert valerius ꝙ cum ſenatus cōſultus romanoꝝ in ipſo ſenatu ha
beret de duobus quorum vnus erat pauper alius erat ditiſſimꝰ ſed
auarus quis eorum eſſet apcior ad regendā hiſpaniā ac iudicandā
Scipio emilianus. Reſpondiſſe fertur neuter michi mittendus eſſe
videtur quia alter nichil habet alteri nichil eſt ſatis eq̄ in iudicibꝰ
reprobans paupertatē et auariciā. Nam auarus eciā obulo indiget
cū ſit pecunie ſeruus non dominꝰ. Paupertas enī volūtaria nimiū
eſt apta iudicio. Et ideo legimus ꝙ dū romani amauerūt pauꝑtatē
vbiqꝫ dominū habuerūt legimꝰ eciā milites romanoꝝ maxīe p̄fuiſſe
reipublice et eos in priuatis rebus tam pauperes vt in morte de
publico ſumptu eis exequĳs celebraſſe neceſſe fuerit filias q̊qꝫ eaꝝ
de ſumptu publico ſenatus mādato tradidiſſe nuptui. At pꝰq̄ ſpreta
pauꝑtate diuicĳs inhĳantes bella ſuborta ſunt inceſtiā et crimina
varia pullularūt nullū crimē abeſt exquo romana pauꝑtas perĳt
nūq̄ maior ē animꝰ q̄ vbi aliena ſe poſuit et fecit ſibi pacē nichil
timēdo fecit ſibi diuicias nichil tōcupiſcēdo. Valerius dicit ꝙ locu
pletē facit non multa poſſidere ſed et modica deſiderare. Attendant
aūt iudicis ne amore priuato vel odio moueant̄ nā omnis amor ce
cus et ideo thephariſti ſentencia fuit. Amancium ceca eſſe iudicia
Vnde cū quilibet homo ſe ipſum pre ceteris amet ī iudicio ſui facili
ter errat. Amor nāqꝫ priuatus mētē vehemēter execat. Vnde quidā
verſificator dicit. Omnis amor cecus ē nō amor arbiter equꝰ. Nam
deforme pecꝰ iudicat eſſe decus. Refert quiritus turius libro primo
ꝙ godates magnus ad alexandrum magnum ait. Natura humana
mortalium hoc nomine priuata et ſiniſtra dici poteſt ꝙ in ſuo quiſqꝫ
negocio ebecior eſt q̄ alieno. ¶ Iram in iudicio fugiant. Tulius ꝙ

iratus facinus cōſiliū putat. Et ſocrates dicit ꝙ duo ſunt maxima
cōmunia cōſilio. ſ. feſtinacio et ira. Et eciam. Galterus in alexandro
verſus. Si lis incideret te iudice dirige librā Judicem non flectant
donec nō numira palpent Nō moueat ſtabilē perſone accepcio mētē
Refert helimandus ꝙ cambiſes rex perſarum adeo ſeuerus fuit vt
quendā iniuſtū iudicē q̊ ob odij et ire animi liuore ꝑcuſſus emulū
iniuſte dampnauerat excoriari viuū fecit et ſuper ſedem iudiciaria
cute carnis eius coopertā filiū iudicis ſedere fecit vt filius timeret
iniuſte iudicare penā patris et iudiciū honores iuſticiā librā laute
teneret originē carnis a ſe trahentes eque puniant vt legē paciāt̄
in ſuis ꝙ̄ alijs ꝓmulgant. Catho patere legē ꝙ̄ ipſe cuberis. Refert
valerius ꝙ zabengus cōſul cū filius eius adulterio eſſet dampnat⁹
et propter hoc vtroq̧ oculo carere deberet ac tota ciuitas propter
honorē patris ne hoc iudiciū fieret repugnaſſet aliquādiu ad vlti
mū precib⁹ populi victus ne lex a ſe cōdita violaret̄ ſuo prius deīde
filij eruto oculo vtriſq̧ vſum videndi reliquit. ¶ Legimus quendā
romanum cōſolem qui legem cōdiderat vt morte dampnaret̄ qui cū
ferro ſenatum intraſſet. Et ipſe caſu de villa veniens ſubito ad ſena
tum vocatus oblitus ferrū deponere a cōſedente monitus cur oblit⁹
fuiſſet gladiū deponere ipſum qd̄ cinctus erat ferro corā toto ſenatu
exemiſſe et qd̄ ſenatus doluit proprio manu ipſo que gladio ꝑemiſſe
Sed heu hodie multe ciuitates et iudices eaꝝ illud faciūt qd̄ dixit
anacharius qui dixit leges ſimiles aranearū telis. Sicut enim illa
animalia maiora et violēciora tranſmittūt infuriora vero vt muſcas
retinēt et nectūt. Sic legibus īfirmiores et populares ligari maio
res vero et potenciores legib⁹ non cōſtringi. Et ideo ex hoc naſcūt̄
bella ciuilia incitant̄ animorū diſcordia ſup minores et populares
Inter maiores et ſupiores oriunt̄ violencia diuina pauperes reb⁹
et nobiles genere non cōſtricti legib⁹ mouent̄ ad ꝓdicta excercēt
latrocinia requirūt coacta ſeruicia Nec īmerito quia quos diuin⁹
amor vel timor nō retrahit pena legis ꝓmulgate nō punit neceſſe
ē ieſſe ſcelus et flagiciū dilati. Qn̄ vero lex inſolencias potentum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

ſeuere ꝑ penā exagitat ſtatī exēplū ei⁹ inferiores caſtigat. Cōtēplacioni et lectioni dēnt intēdere ſcripturarū. Nā et ſi fabrorū artifices lignorūqȝ ſculptores multa opera ſe gloriant̄ educere ac agricole ſe vtiles mūdo ꝓdicēt. Hij tn̄ iudices cōtēplātes plā hijs oib⁹ contemplant̄ et faciūt. Vn̄ dicit ſeneca. Crede michi quia nichil agere vident̄ maiora agāt hūana diuina ſimul tractāt. Jdeo inter artifices nulla ē placida quies niſi quā racio iudicū ipſa cōpoſuit. Et ideo dicit agellus i libro noctū acetaꝝ de ſocrate. ꝙ ſtare qūqȝ cōſueuerat ita cogitabundus vt ꝑ diem vnū naturalē a ſummo lucis ortu vſqȝ ad ſolem altram orientē imobilis eiſdem veſtigijs ore atqȝ oculis in eūdem locū directis tāꝗ quodā exceſſu mentis atqȝ animi factus a corpore pſeueraret. Et interogat⁹ cur attētū ſe eſſe diſcerat reſpondit mundanum inquit toci⁹ enī mūdi incolā ſe et ciuē arbitrabatur Refert valerius ꝙ carnodes caborioſus et diutnus ſapiēs tamē ad menſam ſedebat cogitacionibus tantū inherebat vt manu ad cibū ponere obliuiſceret̄. Sed meliſa nomine eius vxor quā magis vite ſocietate ꝗ carnali copula ſubiūxerat tpato inter ſtudia inedia ſuccurrēdi officio dexteram eius neceſſitab⁹ optabat ne vir nobilis et ſapiens fame piret. ¶ Dyndimus ad alexandrū. Ait. Nos non ſum⁹ incole huius mundi ſed aduene. Nec ita in orbē terrarū venimus vt in ea libeat cōſiſtere ſȝ tranſire. Nichil enī pene cōtingim⁹ ꝗppe iterdo cōſciēcie fronte ꝓgredimur vt expediti atqȝ faciles ꝓpoſitū decurram⁹ itineris. Et h̄ ocā de iudicib⁹ ſiue alphilib⁹ ſufficiūt.

¶ Capittulū quartū de militibus et officijs morib⁹ et formis eoꝝ.

Militem ſuper equū omnibus armis decoratū impoſitum et formatū nouerim⁹ habuit enim galeam in capite haſtā i manu dextera clipeo protect⁹ fuit. Jn leua enſis et claua ī eadem gladius in dextra loricā habuit in corpe pelcas in pectore ferreas ocreas in tibijs calcaria in pedibus in ambabus manibus cyrothecas equū doctū et ad bella aptum cū faleribus. ¶ Hij cū accingunt̄ balneant̄ vt nouam vitam ducant et mores. Oracionibus pernoctant a deo poſtulantes per graciam eis donari ꝙ eis deficit a natura per regem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

vel principē accingunt̄ vt cuiꝰ debent eſſe cuſtodes ab eo accipiāt
dignitatē et ſumptꝰ. Sapiencia fidelitas liberalitas fortitudo mīa
cuſtodia populi legū zelus in eis ſint vt qui armis corporeis deco
rant̄ et moribꝰ polleat. Quāto enī militaris dignitas excedit alios
reuerencia et honore tantomagis debet eminere virtute. Cū honor
nichil aliud ſit q̄ exhibicio reuerēcie in ſignū virtutis ſiue teſtimo
niū. Sapiens debet eſſe nobilis miles et expertus. Anteq̄ miles ad
ſingulū veniat milicie tyronē eſſe eſt neceſſe vt diuciā experiēcia
doctus ſit aptus ad regend̄. Cū enī vita bellanciū in manu militū
ſit propter ꝙ et ſibi belli cura cōmittit̄ ideo neceſſe eſt prudentē eū
eſſe. Plꝰ enim operat̄ ars et prudēcia prudētis militis q̄ fortitudo
et audacia in expertis. Neceſſe eſt enim populum in capcionis ꝑi
piciū tuere cū princeps milicie non prudencia ſed audacia ſola ſuꝑ
hoſtes nititur triūphare. Idcirco nemo iuuenes ſeu tyrones eligit
iudices eo ꝙ conſtet eos eſſe prudentes. Alexander macedo oriētis
partes ꝑtranſiens egyptū iudeā aſſyriā chaldeā indiā et vſq₃ ad cō
finia bragmānoꝝ veniens magna prudencia antiquoꝝ militū q̄ ty
ronū fortitudine deuicit. Miles quidā romanus qui et vxore repu
diata in platea ciuitatis cum aliȷ̄s reſidēs audiuit ab aliȷ̄s militibꝰ
reprehēcionē cur vxorem repudiaſſet mirantes ꝙ ipſa nobilis eſſet
pulchra margareta ſapiens et diues. Cumq₃ vir eius hoc audieret
reſpondit. Cum ſim de nouo calciatꝰ hic calcius videt̄ pulcher et
eligans. Cum reſpondiſſent omnes pulchrū eſſe et pedi coaptum.
Ille reſpondit. Bene dicitis ſed nullꝰ preter me ſcit vbi me vrget.
Laudabilis in hoc militis ſapiencia quia et vxoris viciū tacuit et
de repudio ſub pulchra ſimilitudine excuſauit. Legimꝰ tp̄e archadȷ̄
et honorȷ̄ imperatoris in romana hyſtoria ꝙ miles quidā nomine
maſſcheta fuit tante ſapiencie et fidei vt mortuo theodoſio impera
tore contra gildonem fratrē ſuum germanū eo ꝙ abſq₃ ſenatus vo
lūtate affricā proprio iuri applicare vellet bellū mouerit ꝓ tuenda
re publica. Huius maſſchete duos filios gildo predictus occiderat
In ſanctos criſti nimia crudelitate ſeuiebat. At maſſcheta prudens

et ſciens ꝙ̄tū in reb⁹ deſperatiſſimis oracio hominis per fidem criſti virtutē habeat traparea inde ſecū ſanctos viros ibidem exilio dāp natos adducens cum quib⁹ oracionib⁹ trib⁹ diebus cōtinuauit et noctibus. Ante triduū quoqꝫ prius ꝙ̄ hoſti contigu⁹ fieret cernit nocte beatum ambroſiū pauloante defunctū qm̄ qn̄ victoriā caperet diem ſibi iudicantē et locū. Expletis vero trib⁹ dieb⁹ et noctibus in oracionib⁹ et ymnis de victoria factus ſecurus cum quinqꝫ milib⁹ ſolūmodo aduerſus .lxxx. milia hoſtiū pergēs dei nutu ſine bello in ſedicionē accepit. Quo viſo auxiliarij gildonis barbari deſtiterunt illico terga vertentes. At gildo fugā accipiens aſcenſa naui cum in affricā rediſſet poſt aliquot dies ſtrangulatus interijt. Hij duo pre dicti romani milites germaniqꝫ fratres ī affricā ꝓ tuenda republica miſſi fuerant. Fideles debent eſſe milites principib⁹ militis nomen amittit qui ſeruare fidem nō nouit pricipi. Precioſus lapis et mar gareta prefulgida eſt fidei firmitate āmixta milicia. Refert paulus longobardoꝝ hyſtoriographus onulphū nomine militē capitanē ſeu papieñ dn̄o ſuo regi noīe ptharich tāte fidelitatis ſigna monſtraſſe vt ſi morti pro fidelitate et ſalute dn̄i ſui expoſuerat. Nam cū dux beneuētan⁹ grunoald⁹ noīe de q̊ in fine ca. de regia fecim⁹ mēſionē p garibaldū ducē thurinenſiū primū ꝓditorē lōbardorū interfecto egodipto lombardoꝝ rege ad regni gubernacula per violencia aſcē diſſet fugatus eciā dicti egodipti frater german⁹ nomine ptharich vſqꝫ ad vngarios fuiſſet. Onulphus deīde ptharich noīe recōſiliari regi grunoaldo curauit vt de vngaria vbi nec ob timorē grunoaldi viuere poterat ſaltē ad pedes regis veniens et veniā petens ſecurā vitam ſine dignitate que ſibi debebatur regia poſſent decenter du cere ac vbi cū recōſiliacio eſſet cōpleta. Grunoald⁹ rex poſteris tē poribus nimiū linguis maledictis credulis ipſum ptharich quē ſibi recōſiliauerat in craſtinū occidere diſponens ei vina q̄ eū inebriare poſſent ne ſue ſaluti ꝓuideret propinare mādauit. Que res onulphū militē ptharich non latuit. Ideo qꝫ accerſito armigero ſuo onulph⁹ domū ſuā ptharich intrauit ac ibidē armigero ſuo in lecto relecto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

ipſum ptharich coopertā lecto ſtramine tamq̄ proprium armigerū de
domo educens cum virgĳs et verberibus eum ad domū propriā ad
duxit regis excubĳs ante domū ptharich collocatis et opinātibus
eductū armigerū onulphū non dn̄m. Eadem autē nocte circa galli
cantū onulphus miles ipſum dn̄m ſuū ptharich de muro ciuitatis
cui domus habebat fune ſubmiſſo emiſit. Qui acceptis equis paſcua
libus fugiens ad ciuitatē aeſtenſem ꝑuenit et de loco illo ad regē
francie properauit. Cumqꝫ facto mane onulphus et armiger eius a
rege detēti examinatiqꝫ fuiſſent de modo et forma qualiter dn̄m ſuū
ptharich liberaſſent ac per omnia reſpondiſſent ſimplicē veritatem
Dixit rex ſuis conſiliarĳs qua pena ſunt iſti puniendi qui ſic cōtra
mandatū regis ꝑegerunt. Et aliꝰ capitali ſupplicio alios viuos ex
coriandos. alius eculeo crucis pendere dignos diceret rex reſpōdit
per illū qui me naſci fecit iſti nulla morte ſunt digni ſed oī honore
qui ſic fideles domino ſuo extiterūt et ideo rex grunoaldus multis
muneribus honorauit. ¶ Gribaldus vero proditor et thaminēſiū
dux per manū armigeri egodipti quondā regis qm̄ ſua prodicione
vita et regno priuauerat in ſolempni feſto et in eccleſia ſcī iohānis
baptiſte iuſte et miſerabiliter interfectus eſt. Non ſolum eos decet
eſſe fideles ad duces et ad prīcipes ſed ad ſeipſos vt fideli iūgātur
amicicia multum enim acies militū timent᷑ ab hoſtibus cum in eis
amici fidelitatis vinculū iuiolabile opinant᷑. At cōtra cū michi acie
militū voluntatū diſcordia oritur raro belli victoria exſperat᷑. Mi
lites ergo ſic ſe amore mutuo foueant vt honorē alteriꝰ ſuā putent
eſſe victoriā et morti miles pro altero ſeſe exponat. ¶ Legimus enī
damon et phicias ſic vocati fuerūt nobiles milites ac pitagore diſ
cipuli. Hĳ inter ſe tā fidelem iūxerant amiciciā vt alterūqꝫ dyoniſiꝰ
rex cicilie apud ſyracuſam cōſtitutus interficere vellet et didicit ab
eo tempus qui priuſq̄ periret domū profectꝰ vt ordinaret res ſuas
impetraſſet alter vadē. i. ſecuritatē pro eiꝰ reditu dare nō dubitauit
Appropinquāte aūt prefata die nec illo redeūte vnuſquiſqꝫ ſtulticie
tā temerariū ſponſorē dampnabat at is de amicicie cōſtancia nichil

ſe metuere p̄dicabat. Eodēqȝ momēto et hora a dyoniſio conſtituta
qui eā acceperat ſuperuenit. Rex amboꝝ animū cōſiderans ſupplicium
remiſit eoſqȝ inſuper vt ipſum in ſocietatē aīcicie in tercij ſodalicij
gradū reciperent rogitauit. Ecce viros amicicie mortis contemptū
ingerere vite dulcedinē extinguere crudelitatē manſueſcere odiū in
amorem cōuertere penā beneficio pēſare potuerunt. Seueriꝰ dicit
ꝙ iulius ceſar amicicias nō facile admiſit et tamen conſtantiſſime
tenuit. Scipio affricanꝰ dicit. Nichil eſſe difficilius ꝙ̄ amiciciam
vſqȝ vite diē ꝑmanere. Interdū enī amicicie dirimunt̄ cōtencione
luxurie vel alterius cōmodi cā ꝙ idem adipiſci vterqȝ non poteſt.
Vere amicicie deficile repiunt̄ in illis qui in honore rei publice ver
ſantur vbi enī inuenias qui honorē amici ſui anteponat̄. Liberales
milites oportet eſſe. Cū enī miles cōmoda ꝓpria reſpicit ſubiectos
ſibi tyrones lucri inuidia ꝑmit. Cū vero cōmilitones corpa propria
periculis exponere ductores vero milites ſumptus et lucra multipli
care conſpiciunt. viſis hoſtibus cicius terga vertunt fitqȝ ſepe vt
apud eū qui multiplicauit pecuniā neglecta victoria ſibi cedat aua
ricie tenacitas in ruinā. Quāti hodie defecere viribus qui diuicijs
attenti habūdare cupiere. Preuideat ergo miles libertatem habere
in ſuis ne auaricia ductus tenacitatē lucrū putās hoſtis emulus
alieno ere diues effectus. Suū populū liberalitate ſollicitet vt qđ
natura belli reſpuit ſine viribꝰ et exercitus fortitudine pecunia at-
temptetur. Sepe enim fit ꝙ natura negat pecunia vincat. Et ideo
ſumma diligēcia attendenda ne eminēte belli periculo pecunie fiat
exactio. Attende plane tibi tu qui non dn̄aris ſed cui alius dn̄atur.
Intra orbē ſpoliatus proprijs extra ad ꝙ cōfugies refugiū alicui ſi
tu proprijs per tuos ardente auaricia ſpoliaris alias numquid per
exteros exiſtimas ditari abſit. Nemo. n. ſua ꝓpria relinquēs aliena
ſperans diues ſit. Coīa igit̄ inter milites ſint preter arma lucra vt
quibꝰ debet eē coīs victoria ſit et preda. Et ideo dauid ī libro regū
dixit. Equa erit porcio deſcendentis ad preliū et remanentis ad ſar
cinam propter et remanencium voluntas extunc extitit vt nō ſolū

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

eum milicie haberēt principē ſꝫ et regni poſtmodū haberet coronā
Alexander macedo in forma ſimplicis militis darij regis iudeorum
curiā viſitauit vt per ſe ipſius ſtatū et miliciā exploraret. Cumqꝫ
igitur alexander a rege poro honorifice fuit ſuſceptus et ab eo que
ſiſſet de alexandri virib9 ac cōſuetudib9 nō alexandrū porus putās
ſed antigonū alexandri militē eum inuitauit ad menſam. Alexāder
vero ſub antigoni nomine poſt cuiuſqꝫ ferculi delacionē vaſa aurea
et argētea dapifera clam et furti ſibi vt ꝓpria vendicabat. Ac p9q̄
ſup hijs alexander regis dario eſſet accuſatus per ſeruitores dapife
ros poſt cibū alexand̄ regi aſſiſtitur. Et queſitus ſuper hijs fertur
dixiſſe et reſpondiſſe. Oro dn̄e mi rex vt tu quis aſſiſtentes fortes
milites lateribus alexandri cōſuetudines et munificenciā audiant.
Qd̄ cum factū eſſet ſic alexander ꝓloquit̄ an dn̄e rex audiens ego
maximā famā tuā maiorē eſſe alexandri tam milicia q̄ꝫ expenſis ad
te ſimplex ego antigon9 miles confugi vt tamq̄ꝫ maiori tibi nō ſibi
poſſem aſſiſtere. Verū quia lex alexandri eſt ꝙ omnes milites poſt
cibū vaſa aurea et argentea in quibus ad menſam ſibi neceſſaria
deferūtur propria ſibi vendicēt et aſportent te nō minorē eo putās
eandē cōſuetudinē in tua curia ſeruare decreui ꝙ audientes milites
pori eū relinquētes et alexandrū ducē ſequētes in caſtra munerib9
vna cum rege alexandro contra dariū regē indie venientes eū occi
derūt totā indiā alexandri dicione ſubegerūt. Memento miles bur
ſam tibi clauſam nullam tibi cōferre ſiue reddere victoriam. Vn̄9.
Munera crede michi capiūt hominesqꝫ deosqꝫ. Placatur donis iupi
ter ipſe datis. Verba mulcēt aures tibi fit reſpōſio mollis. At cum
pecunia offendit̄ belli negocio ꝓpetrantur.

¶ Quedā cōdicio bona requiſita ad militarē ſtatū ſiue dignitatē.

Fortes milites neceſſe eſt eſſe nō tm̄ fortitudine corporis ſed
animi. Pleriqꝫ multi fortiſſimi robore corporis debiles ſunt
anima. Magni corpore fortes eſſe pn̄t raro vero animoſos eſſe cre
dim9 mediocres vero magis aīoſos et ad bella aptos exiſtimamus
Fortis ergo ē q patit̄ et nō deducit̄. ¶ Seqt̄ exēplū ſup iſta mā.

LEgimus codrũ ducẽ tanti fuiſſe animi vt cũ eſſet atheniẽſiũ priceps excercit⁹ cõtra poliponiẽ ad bella pat⁹ et ĩter ipſos acies excercitus lex eſſet edita vt illi victores exiſterent quoꝝ princeps et dux excercitus bello caderet habito peregrino nõ militari ſuſcepto in hoſtes ſe dediſſe bello precipitẽ vt ſic ſaltẽ percuſſus ab hoſtib⁹ interiret. Maluit enim mori vt viuerent ſui ꝙ̄ viuere ſuis ſupatis. Dulce et decoris eſt propriũ mori. Nemo ſine ſpe magne felicitatis propriã ſe offert ad mortẽ.

Quedã alia cõdicio requiſita ad ſtatũ ſiue honorẽ militarẽ.

MIſericordia in militibus luceat. Nam nichil eſt ꝙ tam preclarũ faciat militem ꝙ̄ cum ad victoriã venerit viuificare proſtratum cum poſſit occidere fero pocius eſt ꝙ̄ militis opus aduerſam enim non victoriã ſed cruorem ſitire. Propter qd legimus ꝙ cum ſylla romanorũ dux dextere partis eſſet multas que victorias contra interiores romanos habuiſſet in tantũ vt primo bello apud apuleam. xvij. milia apud vero campaneã. lxx. milia patenti ſibi tandem orbe inermes tria milia occidiſſet. Quintus cat⁹ coram ſylla dixit. Siſſe modo eſto miſericos cum quib⁹ victuri. i. viuituri ſumus ſi armatos bello in pace inermes occiderim⁹. Summũ gen⁹ vindicte eſt parcere cum poſſet occidere. Cuſtodes populariũ debent eſſe milites. Cũ eſt populi multitudo in caſtris moratur militũ acies ſp inuigilet. Nã ob id legionũ milites a romanis de diuerſis nacionib⁹ vocati ſunt vt quieti et proprijs artificib⁹ populares vacare poſſent. Non enim poteſt artifex cõmode ĩtendere artificio et bello inſiſtere. Et ideo milites populũ cuſtidiant. Ipſi vero populares milicia cepti artificijs ſolliciti inſiſtãt. Quõ ſecurus belli tempore erit agricula niſi militis affuerit vigilãcia et diuturna cuſtodia. Sicut enĩ gloria regis ſunt milites. Sic et militib⁹ neceſſaria aggregãt populares artifices ſicut enĩ militũ nemo ſibi militat ſic et artificũ nẽo ſibi laborat. Cuſtodiãt igiť milites ꝑplm̃ vt ꝑpl's pace gaudẽs militib⁹ ſumptus actu milẽt et expenſas. Legim⁹ enim ꝙ achis rex geth dauid militi dixit. Ego te cuſtodẽ capitis mei ponã omni tp̃e.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

¶ Vltima cōdicio pertinens ad militares homines.

Velare eciā debent pro legibꝰ quia regiā maieſtatē nō ſolum
armis decoratā oportet eſſe ſed eciā legibꝰ ornatā laborare
dn̄t milites vt iuſte leges diligencius obſeruentur. Quēadmodū
refert orogus pompeius de ligureo quodam nobili milite qui fixit
lacedemonijs tēpore ioathan regis iude quaſdā leges cū quia dure
populo videbant̄ cū quia iuſte erāt actorē eorum apollinē delphitū
fuiſſe. Cūqꝫ eas populus propter earum duriciam ſoluere vellet et
ligureus populum et ciuitatē iuramēto aſtrixiſſet ꝙ eas nō ſoluerēt
donec cōſuluiſſet delphitū. Ac reuerſus rn̄ſum portaret ad cretā in
exiliū iuit ibiqꝫ ꝑpetuum peregit exiliū vt ꝓcē leges obſeruarent̄
Cūqꝫ appropīquaſſet morti oſſa ſua in mari proici mandauit. Ne ſi
forte mortui oſſa ad ciuitatem fuiſſent dilata eſtimaret ſe eſſe ſolatos
a iuramento. Predictas aut leges quia iuſte erant hic ſubſcribimꝰ
Prima lex populū in obſequiū principū et principes ad cuſtodiam
populi atqꝫ iuſticiam impiorū formauit. Secunda omnibꝰ ꝑcimoniā
ꝑſuaſit eſtimans labores milicie aſſidua fragilitatis cōſuetudīe faci
liorē fore. Tercia lex. Qui ſingula nec pecunia ſed cōpēſacione mer
ciū iuſſit. Quarta auri et argenti velut omniū viliū materiā inſti
tuit. Quinta aminiſtracionē rei publice per ordinē diuiſit. Regibꝰ
poteſtatem bellorum mgr̄atibus iudicia et ānuas ſanxiones ſenatui
cuſtodiam legum populo elegendi vel cleandi quos velit mgr̄atus
poteſtatē ꝑmiſit. Sexta fūdos omnes equal̄r diuiſit vt eque ꝑrimo
nia neminem alijs pociorē redderent. Septima lex. Cōminari oīs
publice iuſſit. ne cui diuicie ſint tā luxurie in occulto. Octaua iuue
nibus non amplius vna veſte toto anno vti permiſit. Nona lex
Pueros pauperes nō in foro ſꝫ in agro deduci iuſſit vt prius ānos
non in luſu aut ioco ſed in opere agerent. Decima lex Statuit vir
gines ſine dote nubere. Vndecima vt vxores non pecunia iuſſit eli
gent̄. Duodecima Maxime honorem non diuiti ſed ꝓ gradu etatis
ſenū eſſe voluit. Nulla aūt lege aliquid ſanxiuit cuius prius ipſe
ſeruando alijs non fuerit in exemplū. Et hec de militibus ſufficiūt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Capitulū quintū de forma rochorū officio et moribus eorum
·ſ· rochorū qui dicunt᷑ vicarij regis

Vicarij ſeu legati regis ſunt rochi quorū forma ſic inſcribitur
Nam miles ſup equū et clamide pelle devario et circa capu
cia habens in manu dextra virgam extenſam poſitus fuit quia rex
pſonaliter vbiqꝫ preſens eſſe in regno ſuo vbiqꝫ non poteſt. Ideo
neceſſe eſt vt autoritas que eſt in rege ſicut in fonte diriuet᷑ ad ro
chos ſuos quoqꝫ vicarios vt ipſi pſonaliter viſitent et regiā ptātē
et potenciā omnibꝰ ſubiectos regie dicioni manifeſtent. Quia vero
regnū quandoqꝫ locorum diſtancia diffundit᷑. ne nouitates in vna
regni parte oriant᷑ altera ignorāte neceſſe fuit duos eſſe duos regni
baiulos vnū in dextera alterū ī leua. In hijs debꝫ eſſe iuſticia pietas
humilitas paciencia voluntaria paupertas et libera.

Prima condicio pertinens ad rochos.

Iuſticia luceant regni vicarij quia ipſa eſt preclara virtutū.
Interdū fit vt propter nequiciā miniſtroꝝ dn̄i ſuperbiendo
iuſticiā ſubuertunt ſine culpa principis ignoranter regna perdant᷑
Iniuſtus enī miſter principē de iuſticia culpat. Qualis et rex tales
et miniſtri. Cū enim miniſtri ſunt impij et ipſius rex ipſe putat᷑ ac
econtra. Cū miniſtri omnimode iuſticiam cuſtodiunt iniuſtus rex ſi
fuerit iuſtus ꝓtinus ab omnibꝰ opinat᷑. Romani propteria leges
iuſtas eſſe voluerūt vt quos delegabāt ad regimen ſeruando leges
a libera iuſticia deuiare nō poſſent. Fuit enim generale dictū apud
antiquos nichil expedire ꝙ non erat iuſtū. Unde narrat valerius
ꝙ cū themiſtides diceret athenienſibꝰ ꝙ ſciret ſaluberrimū conſiliū
ſcꝫ ꝙ incenderent claſſem macedonioꝝ nec publicare cōſiliū voluit
ſꝫ pecijt ſibi vnū ſapientē cui tacite illud expoſuit et fuit ei datus
ariſtides qui audito cōſilio redijt ad cōcionē. d. Themiſtidis cōſiliū
vtile eſt mime. tū iuſtū aio tū reuolute. At vero concio qđ equū nō
videtur nec expedire clamauit. Adeo in regis vicario debet vigere
iuſticia vt pro ſaluanda re publica ſit ei oīmoda cura et vtilitatem
illius vite proprio ꝑponat. Huiꝰ exemplū habemꝰ de marco regulo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

de quo tulius in libro de officijs et auguſtinꝰ de ciuitate dei. Qui cū carthaginēſibus bellum nauale certaſſet et ab eis ſuꝑatus ductus captus fuiſſet ab ipſis carthaginēſibꝰ miſſus ē romā ſub iuramēto redeūdi ꝓ cōmutacione captiuoꝝ. vt videlicet quos romani tenebāt carthaginenſiū captiuos dimitterent et ſpōdebant carthaginenſes captiuos romanos apud ſe detentos liberos abire. Marcus ergo regulus romā veniens venit in ſenatū poſtulacionē carthaginenſiū ꝑorauit. Ac ſenatus reſpondit qđ inq̄ ſuꝑ hac tua oracione conſiliū eſt. Ac marcus regulꝰ nego. fore vtile romanis implere ꝙ carthagi nenſes poſtulāt. Eo ꝙ iuuenes et indocti bello aut ſenectute cōfecti quoꝝ vnus ego ſum quos carthaginēſes de ipſis romanis captiuos detinēt fortes autem et prudentes et bonos duces cognoui quos de carthaginēſibus detinetis. Cumq̄ retinētur a ꝓpinquis et amicis redire maluit ꝙ fidē hoſti datā falſare non ignorās ad crudeliſſimū hoſtē et ad exquiſita ſupplicia proficiſci meliuſq̄ iuſiurandū ſeruare decreuit. Legit̄ ꝙ quidā romanꝰ qui erat in captiuitate. hānibalis iurauit de reditu ſi redempcionis ꝑciū nō daret promiſſum. Cumq̄ domū rediſſet dixit ꝙ ſe fallaci reditu ī caſtra iureiurādo ob ſoluiſſꝫ ꝙ vbi innotuit. Emilius eiꝰ ſenatu cōſulto cēſuit eū reprehēdendū et cuſtodibꝰ publicis datꝰ ad hānibalē reducēdus. Refert valerius libro ſexto de canulo duce romanorū ꝙ cum faliſtos obſideret magr̄ qui docebat nobiliū pueros eos turpi arte decepit. Nā qui ſciēcia videbat̄ ꝑcellere illos pueros ante vrbē luci grā a muris eos pau latim elongādo extrahens demū ad caſtra romanoꝝ tradidiſſe datis pueris quoꝝ patres in poteſtate vrbem haberent. Que vbi canulꝰ audiuit ait. Nō ad ſimilem inquit tui nec populum nec ducē ſceleſtꝰ ipſe cū ſceleſto viuere veniſti. Sunt nobis belli ſint et pacis iura iuſteq̄ ea nō minus ꝙ̄ fortiter ſeruare decreuimꝰ. Arma q̊ꝫ habemꝰ nō aduerſus eam etatem cui eciā captus vrbibꝰ parcit̄. ſed aduerſus armatos et faliſtos. Tu eos quantū in te fuit nouo ſcelere viciſti. Ego romanus arte et virtute ac armis eos vincā. Nō ergo ſpreuit magnā ꝑfidiā. Sed ſpreuit vt pueꝝ proditorē poſt tergū manibꝰ

ligatis ad parentes pducerent cōmiſit. Qua iuſticia animi eorū et beneficio magis victi ſenatu ciuitatis vocato tanta mutacio ciuiū animis eſt iniecta vt qui mō efferali odio videbant pacem peterent et portā romanis aperirēt. Narrat anne⁹ florus. ꝙ medicus pyrri nocte ad fabriciū venit pmittens ſe pyrrū occiſuꝝ veneno ſi aliqd ei donaret. Quē fabriciū virū cū reduci iuſſit ad pyrrū dn̄m ſuum. Pyrruſqꝫ omnia didicit que medicus contra ei⁹ caput ſpoſponderat Tunc rex pyrrus admiratus dixit. Ille fabricius eſt qui difficilius a ſua legalitate ꝙ̄ ſol a ſuo curſu auerti pōt. Si ergo ignari leges diuine tales fuerunt in operib⁹ iuſticie amore patrie et cupiditate fame quales dērent hodie eſſe xpiani in operib⁹ diuine iuſticie. Sꝫ heu hodie lōbardos vndiqꝫ pmunt tradiciōes et nō arma ſeu emiſſi bilia ac iacula feriūt pditores ſed fraudulencie doloſitates coticie ſuccreſcūt hoſteſqꝫ proſternūt nulla lex nulla fidelitas nulla iuramē ta nulla pacta cuſtodiunt homines et vaſalli contra dn̄os ſuos in ſurgūt diuina naturalia fugientes q̄runt libertati donari et viliſſi moꝝ ciuiū ſerui effecti dominos naturales p⁹ idiſſe ſuſpirant.

Secūda cōdicio pertinēs ad rochos regis.

Pietatē rochos habere decet q̄ ad omnia valet. Eſt aūt pietas in affectu p paſſionē in effectu p remiſſionē per largicionē et p cōdeſcencionē. Pietas enī eſt ex benigne mentis dulcedine grata omnibus auxiliatrix effectio. Refert valeri⁹ libro quinto ꝙ nobilis ſaguinis mulierē preco ante tribunal ſuum capitali crimine damp natam in carcerem dampnādam ſiue necandam tradidit. Is autem qui carceris cuſtodia p̄erat miſericordia mot⁹ non eā ſtatī ſtrangu lauit aditū qꝫ dedit filie ſed diligenter excuſſo ne qd matri poſſet portare futurū eſtimans vt fatue moreret̄ et cōſumeret̄. Pluribus aūt diebus tranſactis ſecum ipſe querens quid nā eſſet ꝙ tam diu ſuſtentaret̄ carioſius obſeruās aīaduertit filiā extorto vbere famē matris lactis ſue ſubſidio reuelantē. Que tam amirabilis ſpectaculi nouitas ad iudices plata remiſſionem pene impetrauit. Quid enim nō penetrat et quid non cogitat pietas. Quid enim tam inviſitatum

16

et inauditū ꝙ̄ matrē filie vberibꝰ alita putaret hoc aliquis contra rerum naturā factum niſi pentes diligere prima nature lex eſſet. Rex apū vt dicit ſeneca oīno ſine aculeo eſt voluit enim eū natura nec ſeuū eſſe nec vltionē expetere colluꝗ detraxit et iram eius inermē reliquit exemplū hoc magnis regibꝰ ingerēs vt pudeat ab exiguis aīalibꝰ non trahere mores. Refert valerius libro quinto ꝙ marcus marcelius captus ab eo ſyracuſanis cum eſſet in arte conſtitutus ciuitatis opulentiſſime vrbis et afflictoris fortunā ex alto cerneret carnē lugubre cohibere nō potuit. Narrat idem ꝙ cū ceſar auguſtꝰ pompeiū vinctū aſpexiſſet pias lachrimas dediſſe. Refert eciam de pietate pompeij erga regē germanie q̃ contra bellū romanū multa bella geſſerat vinctū in conſpectu ſuo ſupplicē iacere non eſt paſſus Sed benignis verbis recreatū dyadema qđ abiecerat capiti reponi iuſſit et in priſtine fortune habitū reſtituit eque pulchrū eſſe iudicans et vincere et regem facere et parcere. Cōſimile dicit de quodā conſule paulo noīe qui cum quendā captiuū ad ſe adduci audiſſet occurrit illi et illū volentē ad genua ſua procūbere de terra eū leuauit et ad ſpem eum in conſiliū ſecum ſedere fecit nec non hōre menſe iudicauit dicens. Nam ſi egregiū nos hoſtē inimicis nouimus eciā laudabilē et felicē miſeris Ceſar audita morte cathonis emuli ſui dixit eū glorie eius inuidiſſe et ſe glorie ipſius non inuidere. Patrimoniū eius liberis eius incolumē reſeruauit. Sicut enim virgilius inſtruit principes populū regem libro ſexto. et recitat auguſtinꝰ de ciuitate dei libro nono. Tu regere imperio romane memento hec tibi erāt paciſꝗ ī ponere mores parcere ſubiectis et debellare ſuperbos et alibi enichꝰ. Eſt piger ad penas priceps ad p̄mia velox. Nichil reddit principes ac eoꝝ vicarios inter populos ita caros ſicut affabilis eorū et grata cōuerſacio que ex radice pietatis exoritꝰ. Nam legitur de traiano ꝙ cum arguerent eū amici ꝙ̄ in omnibꝰ vltra ꝙ̄ deceret impatorem eciam minimꝰ cōdeſcenderet. Reſpondit ſe velle eſſe talē imperatorē priuatis qualē impatorē priuatꝰ quiſꝗ optaret De alexādro refert valerius ꝙ cū intempeſtatē duceret exercitum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

militem cõfectũ ſeuio frigoꝛe exſtupefactũ reſpexiſſet. Ipſe ſedens in ſede ſublimi et appꝛopiquãs ei ſtatim deſcendit et manibꝰ ſuis ip̃m in ſede ſua poſuit. Id enĩ ſalutare futurũ dixit vt apud gſas primꝰ fuerit qui regni ſoliũ occupaſſet. Quid ergo mirũ ſi ſub eo duce mi litare anhelabant milites cui militis incolumis pꝛopicio faſtigio carior erat. ❧ Tercia condicio ad rochos regis pertinens.

Humiles debẽt eſſe rochi. Quãto maioꝛ es humilia te in oĩbꝰ Refert valerius maximꝰ libꝛo ſexto ꝙ publius valerius con ſul romanꝰ adeo plebẽ ſemꝑ dilexit vt merito plebicola cognoĩatꝰ ſit. Idem edes ſuas in medio foꝛi exiſtentes erui fecit et dirui quia nimis excelſe ſuꝑ ceteras apparebãt quantũcũq domus inferioꝛ tm̃ gloꝛia ſuperioꝛis exiſtit adeo pauper moꝛtuꝰ eſt vt ſumpto publico ſepeliret᷑ deberent ſic eſſe humiles cedant atq alijs honoꝛẽ cõcedent Hoc eſt regnũ nolle regnare cum poſſis. Idem libꝛo. iiij. Cum fabius maximus omnia et patre auo et pꝛoauo maioꝛibꝰ ſuis narrata cer- neret et ſepe geſtum conſultum aduerteret cũ populo cõſtanter egit q̃tũ potuit vacacionẽ huius honoris fabij geniti daret non quidã de virtutibꝰ filij diffidens erat enĩ illuſtris ſed ne maximũ imperiũ in vna familia cõtinuaret᷑. Ob hoc moderacione valentiꝰ qui eciã patrios affectus qui pauciſſimũ habent᷑ ſuꝑauit. Idem fabius cum manibꝰ tocius ſenatus et cõſenſu differret᷑ et ille ſe excuſaret ꝙ pꝛe ſenectute non bene videret inſtantibus cunctis inquid alium vobis queretis: querite ad quem hũc honoꝛem transferatis nã ſi me hunc coegeritis gerere nec ego vr̃os moꝛes nec vos meum imꝑiũ ꝑpeti poteritis. Rex fuit quidã ſubtilis iudicij quẽ ferunt traditũ ſibi dya dema priuſq̃ capiti imponeret᷑ retẽtum diu cõſideraſſe ac dixiſſe. O nobilem magis q̃ felicẽ coronã quã ſi quis penitus q̃ multis ſolli citudinibus ꝑiculis ac miſerijs ſic referta cognoſceret nec quidam humanitatẽ tollere vellet. Poſt gloriã inuidiam ſequi memineris Ita q̊ quo clarior eris eo magis auxiũ atq ſollicitũ te opoꝛtꝫ eſſe Legimus et ioſephus recitat ꝙ cum quidam amici tyberij ceſaris requirerẽt eũ ꝙ preſides ꝓuinciarũ nimio tꝑe in officijs occupatos

ab ipſis officijs amoueret. Rn̄dit facerem inquit libenter ſi rei pu
blice et ſubiectis populis expediret. Memini me inquit hominē vl
ceribꝰ plenū muſcis grauatū vidiſſe. cui cū ego cōpaciens accepto
flagello muſcas depelleret ſic reſpondit. Cur muſcas meo ſanguine
plenas repellis et famelicas aduentare promittis duplo michi fili
cruciatū auges. Vn̄ michi ſubuenire exiſtimas ac ſeruire quis enī
aculiū famelice muſce cibo repleta acriorē duplo eſſe dubitat niſi
is qui nō corpus carneū ſed lapideū habere ſe probat. Sic ego ait
tyberius diu in officio preſides ꝑmitto regnare quos ſcio ditatos
ne eis amoris alij pecunia vacui ac officijs ſubſtituti relcā iuſticia
aſpirēt iuuenibꝰ ſicqꝫ populis in exactionibꝰ ſint grauiores. Veſpa
ſianus tante hūilitatis fuit vt nerone imperatore mortuo et vitollio
imperij raptore turpiter a romanis trūcato acclamātibꝰ legionibus
ſeu regionibꝰ veſpaſianū dignū impio et muciano duce eū duriſſime
reprehēdente tandem vix coactus conſenſit laudabilibꝰ ē te coactū
imperiū aſſumere ꝙ vltro te honori tranſferre ſiue offerre.

¶ Quarta condicio ad rochos regis pertinēs.

PAciēcia debet eſſe ī rochis ſiue ꝑpeſſione iniuriaꝝ in verbis
ſiue penaꝝ in corporibus ſiue in remiſſione culparum ſiue in
moderacione diſciplinaꝝ in correctionibus. De paciencia alexandri
dicit ꝙ cū antigonꝰ ei dixiſſet ꝙ nō cōpetebat ei regnare maxime
ſi etas ipſius conſideraret eo ꝙ non erubeſcebat dominare in corꝑe
ſuo regimē voluptatis et luxurie et ideo eū indignū regno dicebat
Paciēter durā rep̄henſionē tulit nichil preter ꝙ ſe corrigere bonos
et honeſtos mores aſſumere dixit. Eodem modo narrat de paciēcia
iulij ceſaris. Cū enī caluus eſſet et hoc grauiſſime ferret et capillos
defluentes a ceruice ad frontē reuocaret milite quodā ei dicente. Fa
ciliuſqꝫ te ceſarē caluum eſſe ꝙ me in romana exercitu timide qͦdqͦ
egiſſe vel eſſe nichil reſpondit omnino. Cumqꝫ quedā maternā eiꝰ
originē diſpiceret et pāneficū eum vocaret ridendo ꝯtulit dicens
Quid meliꝰ exiſtimas an ꝙ nobilitas ī me incipiat an ꝙ in te deſi
nat. Cū eidem alius diceret o tyranne pacienter reſpondit. Si eſſem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

non diceres. De ſcipione affricano narratur ꝙ fuit bellicoſiſſimus cū ei quidā diceret eū eſſe vilē militē ſub armis ac eum parum pugnātem vocaret pacienter reſpondit dicens imperatorē peperit me mater mea non pugnatorē. De veſpaſiano dicit̃. ꝙ cum quidam ei diceret lupū poſſe mutare pilū ſed nō animū. Jpſum autē neutrū mutare poſſe eo ꝙ pecunie eſſet cupidus nec auariciā minueret proceſſus etatis ſue. Rn̄dit hijs omnibꝰ riſum demꝰ nobis correctionē et penā criminibꝰ. De antigono rege narrat ſeneca ꝙ cum audiſſet aliquos male exiſtimare et obloqui de eo: eo quod interdicentes et audientē ſolꝰ eē paries mediꝰ ſū ſola cartiua. Jllā leuiter cōmouit dicens in ꝑſona alterius diſcedite hinc ne rex vos audiat. audit enī vos ipſa cartiua. Pacientes eſſe debent circa penas illatas. Nam narrat valerius de anaxagoro qḋ cū tyrannꝰ eū torqueri feciſſet et amputaret̃ eiꝰ lingue cōminaret̃ nō eſt enī hoc inq̄t pars corporis mei tue dicionis et ideo eā dentibꝰ abſcidit et abſciſam et cōminutā in faciem tyrāni expuit. Magni et ſpectabilis nichil oīno obliuiſci niſi ipſas iniurias. Pacienciā habeāt circa correctiones faciendas Refert valerius ꝙ atticarencꝰ q̇ fuit magiſter platonis cū videret agros ſuos negligencia villici eſſe deſtructas ait. Suſcepiſſem a te ſuppliciū niſi tibi eſſem iratus. Maluit enim ipſum impunitū dimittere q̄ propter irā plus iuſto grauius puniri. Refert idem de platone qḋ cum aduerſus delciū ſerui ſui vehementer exarſiſſet. Sponſippo ſuo nepoti ex ſorore mādauit modū correctionis difforme exiſtimās ſi aduerſa ſua rep̄hēcionē meretur. De hoc eodem dicit̃ qḋ cum iraſceret̃ ſeruo ſuo iuſſit eū tunicā deponere ſcapulaſqꝫ verberibus prebere ſua manu ipſe tenſurus. Poſtq̄ autē intellexit ſe iraſci manū ſuſpenſam detinebat ſicut ſuſtulerat et ſtabat ꝑcuſſo ſimul. Jnterrogatus aūt ab amico qui ſupuenerat quid agerar. Reſpondit exigere penas ab homine iracūdū me exiſtimas nolo. Tu autē ſeruū iſtum verberibꝰ obiurga. Nam ego iraſcor propter hoc cedere nolo. nam iratus plus facit q̄ opꝫ. faciā ergo vt ſeruus iſte in ſui ptāte qui ī ſua non eſt qualis ego ſum. Et oblitus ſerui quē pocius caſtigaret

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

inuenit ſcꝫ ſeipſum abſtulitqꝫ ſibi ipſi ptātem ī ſuo. Et iō ait ſeneca
Nichil tibi liceat cum iraſceris et hoc vero quia ē cum iraſceris oīa
vis licere ſi vincere iram nō poteris te illa incipiet vincere. Paupꝛ
tas volūtaria adeo in antiquis fuit pꝛincipibꝰ vt magis fama noīs
ꝙ̄ pecunia diuites eē affectarent. Narrat valerius libꝛo iiij. ꝙ cum
ſcipio accuſaretᷣ de pecunia apud ſenatū. Reſpondit cum totā affricā
ptāti veſtre ſubieceri. nichil ex eo qꝺ meū diceretᷣ pꝛeter cognomē
retuli. Fuit enī dictus ſcipio affricanꝰ quia deuicit affricam. non me
inqͥt affricani neqꝫ fratrē meū aſiaſtici gaſa auaros reddiderunt. nā
vterqꝫ noſtrū magis inuidia noīs ꝙ̄ pecunia locuplex eſt. Narratur
de archalago rege ꝙ dicebat qꝺ auro tāꝙ̄ fictilibꝰ et fictilibꝰ tāquā
auro vtendū eſt. Longe enim melius atqꝫ pꝛeſtancius eſt moribus
fulgere ꝙ rebus. ferunt enim eūdem regem in fictilibꝰ vaſis cenaſſe
querentibꝰqꝫ cauſam reſpondit. Ego ſum rex cicilie figulo fui geni
toꝛe natus fortunāqꝫ reueritᷣ habeo quia diues a ꝓgenitoꝛe repēte
ire et pꝛogenitrice. deinde cōſiderās humilē oꝛtū ſuū fictilibꝰ vtebatᷣ
vtenſilibus. Huius autē paupertatis voluntarie cauſa extitit quia
vtilitatē rei publice attendebat et non ſuam. Auguſtinus ait. Qui
pꝛudenter attēdit plus dolet pauꝑtatē ꝙ̄ opilenciā periſſe romani
Jn illa ſcilicet paupertate moꝝ ſeruabatᷣ integritas ꝑ hanc ſcilicet
opilenciā nō muros vrbis ſed mentes hominū ipſius ciuitatis dira
nequicia cum hoſte peioꝛis coꝛrumpit.

¶ Quedam alia cōdicio pertinens ad roꝛbos.

LIberales ipſos decet eſſe. nā per libertatē et munera populū
a labore alienāt: laboꝛē eni populus leuius poꝛtat cū recͦꝛes
ſuos recognicione beneficioꝝ atqꝫ ſua pꝛeſencia aſſiſtēdo cōfoꝛtare
deſiderat. Legimus ꝙ tytus veſpaſiani filius adeo liberalis fuit ꝙ
omnibꝰ aut dabat aut pꝛomittebat. Cūqꝫ a ſuis carioꝛibus queſitꝰ
eſſet quare plus pꝛomittebat ꝙ̄ poſſet donare. Reſpōdit ꝙ neminē
decet a facie pꝛincipis triſtem diſcedere. Et cum quadā die nichil
dediſſet aut ꝓmiſiſſet ait ſuis. O amici hodiernū diem perdidi cum
nichil boni hodie egerim. Legitur de iulio ceſare qꝺ numꝙ̄ dixit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

militibus ſuis ite ſed venite dicens ꝙ labor cum duce principatus
videtur militib⁹ minor. Unde de ipſo legit̄ in libro de nugis ph̄oꝝ
Q̄d cum quidā veteran⁹ quadā die periclitaret̄ coram iudicib⁹ vo
cauit ceſarem vt ſe in publico adiuuaret. Cui ceſar dedit bonū ad
uocatū. At ille ait. O ceſar te ꝑiclitantē in bello aſiatico nō vicariū
queſiui ſed pro te ego ipſe pugnaui. Detexitq̧ cicatrices vulnerū
qui ibi ſuſcepat. Erubuitq̧ ceſar et venit ad aduocacionē. Verebat̄
enim non tantū ſuperbus ſed ingratus videri. vnde idem ait. Qui
nō laborat vt militib⁹ carus ſit milites neſcit amare.

¶ Incipit tercius tractatus de forma populariū. Capitulū primū.
De agricultura.

P Opulariū formas et officia perſtringentes incipiam⁹
a primo populari in acie poſito dextre regis quē ante
rochū dextrū ponim⁹ quia regis vicariū per hunc opʒ
toti regno neceſſaria prouidere ad victū et hoīm. Et
hoc modo opere agricolā vocamus. Fuit autē et eſt ſic formatus.
Nam fuerit in humana ſpecie factus habens in dextra ligonē quo
terra fodit̄ et in ſiniſtra habuit virgā qua armenta et animalia di
rigunt̄. In corrigia ſeu cingulo falcem ſeu ſerclm̄ quo iumēta et ar
bores purant̄ et ex eis ſuperflua ꝑſcidunt̄. Ad hec enim tria omnis
agicultura reducit̄. Cultorē vero terre primū legimus fuiſſe cayn
ade primogenitū. Neceſſe enī fuit hominē terre culture inſiſtere vt
quia terra ē mater omniū quia ex ea omnis formacionis ſumpſim⁹
inicium vt illam habeamus in fine vite domiciliū debuit nobis vi
uentib⁹ noſtro labore reddere nutrimētū. Debet ergo agricola deū
cognoſcere legalitatē habere mortem cōtempnere labori inſiſtere.

¶ Prima cōdicio ad agricolam pertinens.

A Gricolam cognoſcere deum eſt neceſſe vt a quo bona tpalia
recipit quib⁹ ſibi vita donata ſuſtentat̄ ei graciaꝝ actio fiat
decimas rerū offerat eligatq̧ meliora ne velut alter cayn reſpiratur
vt quid grauat̄ decimā partē propter deū tribuere cum ſibi omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

ingruente tempeſtate aut oſtium guerra ſubiecta tollerant᷑. Nempe pro eo q̄d deo ingratus eſt homo proprieq; virtuti ſuoq; conſilio ac induſtria tēporalia multiplicari aſſcribit dei diſponēte iudicio oīa tollunt᷑ ingrato. Dignū enī eſt vt homo qui inhabūdante fortuna deū nō nouerat vel ſic ſaltē aduerſari ſibi fortunā requirat. Legimꝰ dauid regem dū ſibi fortuna ſecūda arriſit adulteriū et homicidiū perpetraſſe. Fugientē vero ſaul aduerſanteq; ſibi fortuna in virtutibus ac dei dilectione manſiſſe. Populū iudaicū legimꝰ famelicū et ſicientē in deſerto deū inuocaſſe. incraſſatū aūt et carnibꝰ eſtuātē ante vitulū ineptū ſaltaſſe luſibꝰ. Qui ergo deū vacinis cognouerat plenꝰ ydola fabricauit. ¶ Secūda cōdicio ad agricolā ꝑtinens.

Regalem eciam agricolam oportet eſſe. Cum dominus eius nichil retinuerit ille domini ſui perſonam gerat. Cauſat ergo ſollicitus aliena ꝙ̄ ſua. Nam maiorum et nobiliū vita eſt in manibꝰ laboranciū. Sicut enim artes ſunt diſpoſite vt nulla ſibi ſufficiat ſed ſua aliȷ̄s cōicando. Sepe enim fit vt agricola cibetur groſſioribus et dñis ſuis ſubtiliora reportet. Refert valerius libro ſexto. ꝙ anthonius orator clariſſimus cum accuſaret᷑ de inceſtu et accuſatores ꝓducerent dum cauſa ventilaret᷑ ſeruū eius terrarū ſuarum cultorē atq; teſtem inducerent eo ꝙ dū anthonius vehement᷑ cōfunderet᷑ ac apud ſe ſollicitaret᷑ pepius nomine anthonij agrorum cultor vltro hortatus eſt eum vt ſe iudicibus torquendū traderet affirmandū nullum ex eo verbū exiturū itaq; pluribus verberibus laceratus eculeoq; inpoſitus cādentibus eciam laminibꝰ vſtus omnē vim accuſacioīs cuſtoditā rei ſalutē ſubuertit purū et fortē ſpiritū gerens pepionis nomine incluſum. Fuit quidā panapion nomine q̇ ſeruū nomine teniū habuit hic admirabilis fidei fuit nam cum ad panapionē ꝓ̄ſcriptū occidendū milites venirent tenius ipſius ſeruꝰ ne cognoſceret᷑ mutuauit cū eo veſtē eciā ānulum. Se autē in cubiculū lectumq; recepit et in panapionē occidi paſſus eſt. Sed quid pleriq; hominū ſtulti ſeruiles cibos eciam ſeu talem veſtem fugiūt et ſeruiles mores non fugiunt. Omnis ſapiens liber ē et oīs ſtultꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

ſeru⁹. Omnis enī debilitas aī ac hūilis fractaqꝫ timiditas ſeruit⁹ ē.

¶ Tercia condicio ad agricolā pertinens.

Mortē timere non debet. Unde valerius. Raro vitā diligere non timere mortē precipit. Rediculū ē terrere ad mortē tedio vite vir fortis et ſapiens non debet e vita fugere ſed exire. Unde claudius. Quicqd liquidius cōplectit̄ aer. quicqd ait tellus quicqd maris equora. vn⁹. Qd fluuij voluūt qd nutrire paludes. Cuncta tuis pariter cedunt aīalia regnis. Limari ſubiecta globo qui ſepius auras. Ambit et eternis mortalia ſeparat aſtris. Sub tua purpurei venient veſtigia reges. Depoſita luxu turba cum paupere mixtim. Omnia mors equat. verſus. Forma genus mores ſapiencia res et honores. Morte ruunt ſubita ſola manent merita.

¶ Quarta condicio ad agricolā pertinens.

Labori ita inſiſtāt vt vitēt ocia laborare enī agricolā oportet vt et fructū colligere ita cū labori īſiſtāt vt ſacris reqeſcāt diebus. Unde tullius dicit hijs verſib⁹. Luce clara requieſcat hum⁹ requieſcat arator. Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus. Soluite vincula magis nunc ad p̄cepia ducāt. Plana coronate vertice ſtate boues. Voſqꝫ ꝓcul ab eſſe iubeo diſcedat ab aris. Cur tulit eſterna gaudia nocte venus. Ad agricolam pertinet animalia et iumenta nutrire et armenta et ideo virga dirigat ducat ad paſcua et reducat. Primus homo paſtor fuit abel qui iuſtus extitit et meliora deo in ſacrificiū dedit ac obtulit. Sic te oportet eum ſequi non arte ſed morib⁹ et virtute. Et memento ꝙ ille nō poteſt eſſe abel quē cayn malicia non exercet. Ad agriculā ꝑtinet colere arbores et inſerere plantare vineā et putare. Hoc fecit primo noe. Nam refert ioſeph⁹ ī libro de cauſis rerū naturaliū ꝙ noe primo īuenit vitē ſilueſtrē. i. lambruſtā. Que a labore viarū ſic dicta eſt. que cū eſſet amara accepit quadruplex gen⁹ ſanguinis. ſ. leonis agni porci et ſimee. Et de huiuſmodi ſanguine terra admixta fecit fimū et ad radicē cui⁹libꝫ vitis preſciſe poſuit vt amaritudine vitis depulſa dulcoratū fructū redderet. Cumqꝫ de vino iſto bibiſſet inebriatus eſt et nudatus in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

tabernaculo. Ob hoc a cayn filio minore deriſus eſt. Ac cū ſobrius
factus eſſet congregatis filijs vini naturā oſtendit dicens. Ideo ſe
ſanguinē dictoꝝ animaliū appoſuiſſe vt diſcernerēt homines ꝓpter
vinū quandoqꝫ fieri leones per irā quādoqꝫ agnos ſine mente per
vecordiā. qn̄qꝫ porcos per luxuriā. et qn̄qꝫ ſymeas per curioſitatem.
p̄ſumptā. Nam ſymea quitqd videt fieri totū conat᷑ facere deſtruit.
Sic et multi cū ſunt ſobrij cōtenti ꝓprijs officijs ebrij circa aliena
occupati nō ſeruēt ſed deſeruire noſcunt᷑. Valerius dicit ꝙ vini vſus
olim romanis feminis ignotꝰ fuit ne. ſ. in aliqḋ dedecꝰ prolaberent᷑
Ouidius de vino ponit verſus. Vina parant aīos faciuntqꝫ caloribꝰ
aptos. Cura fugit muſto diluit᷑qꝫ mero. Tūc veniūt riſus tūc pauꝑi
cornua fiūt. Tunc dolor et rixe rugaqꝫ frontis abit.

¶ Capitulū terciū de fabro.

FAbrū ſic formatū tenemꝰ quē an̄ militē in dextera regis ꝑte
ſituatū dicimꝰ et merito q̄a milites indigēt habere frena et
calcaria et ſellas que oīa per fabrū explentur. Nam fcūs in forma
hūana habuit malliū in dextera dolabrū in leua et cemētarij trullā
habuit in corrigia ſiue in cingulo. Ad hunc reducunt᷑ omnes fabri
ferrarij aurifices monetarij naucleri lignorūqꝫ ciſores. Cementarij
et domos et muros edificantes primi ſignant᷑ in malleo. ſecundi in
dolabro quo ligna planant᷑ et ꝑforant᷑. tercij in trulla qua ſementū
inter laceres cōponit᷑. In amnibꝰ hijs debet eſſe fidelitas ſapiencia
et fortitudo.

¶ Prima condicio pertinēs ad fabros.

FIdeles eos eſſe et legales neceſſe eſt. Quāta namqꝫ eis cōmit
tunt᷑. Non ſolum metalla verū et nauigantibꝰ corpora hūa.
Pecunia fabris cōmittit᷑ corpora cemētarijs lignorūqꝫ ceſoribꝰ. vt
in eoꝝ edificatis domibꝰ et caminacibꝰ ab ymbribus protegantur
cum corporibꝰ anime ſub vmbra naucleri in periculis ſecurant᷑. Ea
propter fideles exiſtant quibꝰ tot et tanta cōmittunt᷑. Ecōtra dicit᷑
Qui fidem perdit nichil plus poteſt perdere vltra. nō aūt habet cāz
loquēdi cui credi nō ꝑōt. Fides aūē eſt ſanctiſſimū pecōris donū ſiue
bonū. nulla neceſſitate ad fallendū cogit᷑ nullo premio corrumpit᷑.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

onis in corde ſemꝑ cōſpiceret nec materiā habebat leticie vbi tantꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

cõtinue ineſſet timoꝛ. Paupes vero idcirco letos facie honoraret
eo ꝙ eos leta et ſerena cõſciencia cernebat. Satis enĩ oſtendit hic
rex nõ foꝛe btm̃ hoiẽm cui timoꝛ ineſſet. Vnde quintilianꝰ. Excedit
oẽm calamitatẽ diebꝰ ac noctibꝰ timere. Reuera qui timetᷣ amultis
multos timet. Et eſt minus q̃ ſeruꝰ dñs qui multos timet. Tutiſſi
ma vero res eſt nichil timere ꝑter deũ. Inter enĩ audaces cogimur
eẽ metu et vbi dat vires minꝰ timoꝛ ſollicitũ reddit vt que cõmit
tuntᷣ ꝓquirant ne pereant. Et nimiũ timidũ nimiũq; ſecurũ eſſe vi
ciũ eſt. Officialas cões diſcreti ſunt ne vltra q̃ res poſtulat aut ra
cio etoꝛqueant ab emẽtibꝰ et vendentibꝰ perſonã enĩ coẽm gerant
Idcirco ſe cões hominibꝰ exhibeant. Et quia inter emptoꝛes et vẽ
dentes procax lingua ſe miſcet omnes ſic in eis diuturna paciẽcia.
Equo enĩ animo honeſta amanti contẽpnendus eſt ipſe contemptꝰ
Contempne in eruditoꝛũ contẽptus ſi vis ad ſũma ꝓgredi. Iniuria
iniuſte irrogata eiꝰ ẽ infamia q̇ fecit. Socratẽ quidã ꝓcax intuẽs
ait oculi coꝛruptoꝛes pueroꝝ. Cũq; diſcipuli in eũ irruentes nõ in
vltum nollent ire illatũ magiſtro cõuicium hac ſentẽcia illos reꝓſſit
Quieſcite. O ſodales quieſcite. Dũ enim qð dicit ſed reprimens cõ
tineo. Quodã tꝑe cum infinita conuicia exſupare loco xp̄i ancipere
vxoꝛe procurante. Accepiſſet aqua perfuſus ĩmunda nichil ampliꝰ
rñdit q̃ capite deterſo. Sciebã inquit futurũ vt iſta tonitrua ymber
ſequeretᷣ. vñꝰ. Cede pugnãti cedendo victor abibis. Catho. Dũ rõe
viuas ne cures verba maloꝝ. Arbitrĳ noſtri non eſt ꝙ quiſq; loq̃tᷣ
Proſper numq̃ bella bonis numq̃ diſcrimina deſunt. Pedagiarĳ
nulla pedagia extoꝛqueant niſi que imperatoꝛ aut leges conditoꝛ
inſtituit. Ne videantᷣ pociꝰ raptoꝛes q̃ exactoꝛes pecunie ad dubios
viarũ tranſitꝰ minuẽdos ꝙ eis ex officio incũbit et a quibꝰ de iure
exigere ſine iniuria aut contumlia poſtulant Non affectent tantum
vtilitatem reipublice vt intrant dan pnũ conſciencie. Ve qui pre-
daꝝ nonne et ipſe ꝑdaberis. Thezaurarĳ ſeu tolonarĳ cõmunitatũ
omnẽ legalitatẽ habeant ne preter qð ſibi debetᷣ reipublice ſubtra
hant. Vt qui debent eſſe cuſtodes fiant fures. Nam nulli cui rapina

feliciter ceſſit gaudiū rapti durauit in poſterū.

¶ Capittulū octauū de ꝓdigis ribaldis luſoꝛib⁹ et curſoꝛib⁹.

RJbaldos et luſores ante ſiniſtrū rochū dicamus ſituatos Ad vicariū enī regis qui rochus eſt. pertinet habere hoīes aptos ad ciuitates et loca regi contraria cōprobanda. Et curſores q̄ cito portant litteras et regis mandata ſic aūt fuit formatus ſcach⁹ eos repn̄tans Nā homo fuit habens capillos hiſpidos et vellutos habēs in manū dextra modicā pecuniā in ſiniſtra vero tres taxillos et in corda quā habet pro cingulo pixidē litteris plenā. Jn primo repn̄tant̄ prodigi et dilapidatores rerū ſuarū. Jn ſecūdo repn̄tant̄ luſores et mercatores. Jn tercio curſores et litterarum portatores. ꝓdigis et dilapidatorib⁹ debēt dari curatores ne bonis ſuis diſſipatis furari cogant̄. Qui enī habundare conſueuit pecuniā eamq̄ prodige expēdere o laſciuire. Cū ad mendicitatē venerit cū autem mēdicat furari neceſſe eſt. Tales enim aut delicati ſunt et laborare non poſſunt. aut nobiles ſunt aut mendicare erubeſcunt ſicq̄ fit vt cū dilapidauerunt propria rapiant aliena. Magnū viciū eſt prodigalitas que et ſi quā vtilitatē alijs ad tēpus pariat. finaliter tamē proximis fit dampnoſa. Hos enī caſſiodor⁹ āmouet ſua ſeruare. ne neceſſitate ſuborta aliena mēdicare aut furari cogant̄. Maior. n. inquit ipſe ī conſeruandis q̄ꝫ in īueniendis adhibenda eſt cautela. Claudian⁹ in maiore volumine. Poci⁹ eſt ſeruare queſitū q̄ꝫ q̄ q̄ſiſſe nouū. Et ideo ꝓuerbiū vulgarit̄ dicit̄. Qui nō cauet expēſas ante mendicat q̄ꝫ ſenciat. Cū quidā nomine ihoēs camaſa ditiſſim⁹ eſſet nec haberet niſi duas filias quas nuptui tradidit duob⁹ nobilib⁹ ciuitatis. Et in tm̄ pater dilexit generos ſuos vt aurū et argentū et bona tpalia ſuccedente tempore eis ꝑticus ſit. Cūq̄ durantibus denarijs generi et mariti filiarū ei⁹ eſſe nimiū curiales cōſueuerūt atq̄ beneficij. Ventū eſt tempus quo diſtributis omnibus filiab⁹ ac generis ihoēs camaſa nichil haberet. Sicq̄ factū eſt vt durātib⁹ denarijs videbant̄ et grati ſed ſuperueniente redia ꝓbarent̄ ingrati. Cū autē pr̄ prudens eſſet indigēcie ſue volēs occurrere mercatorē

ſibi notū ab ātiquo adhȳt. x. m. librarꝝ ꝑſtari ſibi ad triduū expoſcit Cūqꝫ pecuniā mutuo acceptā ad domū propriā deportaſſet in q̊dam nobili et ſollempni feſto generis et filiabus ſollempne et nobile pa rauit cōuiuium. Poſt ꝙ cubiculo clā īcluſus prius cū ſcrineo nouo fabricato cum tribus firmis clauſaturis obfirmato pecuniam ſibi mutuatū de ſacculo ſuper capeta ſtrata effudit vt filie extra cubicu lum poſite primas oſtij pecuniā poſſent cōſpicere. Quo facto iterum pecunia ipſa collocata eſt in ſcrineo et recondere ſimiliauit. Ad mer catorē vero eā poſtmodū integre reportauit. Die vero altero generi et filie a patre interrogauit q̄ta eſſet pecunia ī ſcrineo ſic obſtructo depoſita. Cūqꝫ fingeret. xxv. eſſe milia librarū quas in depoſito de poſuerat vt ex eis teſtamētū faceret ac relinq̄ret generis et filiabꝯ ſi tamē ſcd̄m modū quē cū eo cum filias eis traderet nuptui ſe hr̄et Illi hoc audito nimiū gauiſi ſunt quitq̊d honoris tam in veſtibus q̄ꝫ in cibis vſqꝫ ad finē vite conabant̄ patri ſeruire. Appropiquāte tamē fine mortis vocatis generis et filiabꝯ ſic eos alloquit̄. Anq̄ꝫ moriar non intendens aliud facere teſtamentū q̄d in ſcrineo obfir- mato reliqui ſtatim corā me fratribꝯ p̄dicatoribꝯ centū et fratribꝯ minoribꝯ centū. et heremitis quiquaginta libras cōſignare curetis A quibus cū ſepultus ero claues ſcrinei mei depoſiti quas apud ſe habent depoſito reportetis. In qualibet autē claui meū ſcriptū appo ſui in teſtimoniū p̄miſſorꝝ. Unicuiqꝫ eccleſie aut recluſo certā pecunie quantitatē dū lecto recūberit donari fecit per maritos filiarū ſuarū q̄d et fecerunt libenter ſpe teſtamenti quam in proximo ſperabant. Cumqꝫ ille diē clauſiſſet extremū celebrateqꝫ fuiſſent funeris exeq̄e ſeptimus eciam dies obitꝯ ſollempniter fuiſſet expletus cū ſollemp nitate magna claues apud predictos religioſos depoſitas pecierunt. Quibꝯ acceptis ſcrineū in quo depoſitā pecuniā putabāt aperiētes ſollēpnit̄ nichil aliud inuenerūt in eo niſi clauā groſſam et magnā in qua in manibrio vulgariter ſcriptū erat. Hec eſt teſtamentū de ihōe camaſa thiſipaltro laxazia amaſa ꝙ de iſta amaſa ꝙ in latino ſic eſt. Ego ihoēs camaſa tondo tale tiſtamentū vt quilibet mactet̄

37

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

hac claua qui ſeipſo neglecto alterius gerit curā. Stolidiſſimū eſt
opus propria prodige expendere et aliena p⁹modū appetendo ſpare
ſiue filius ſit ſiue filia añ manū tuā diſpēſanda reſpiciat ꝙ tu tibi
diſpenſandā reſpicias alienā. Nemo bonū ciuē eſtimet eum qui et
multa expendit et modica poſſidet. Talē eſtimo nouitates appetere
dominia mutare bella inteſtina mouere libenter. At contra hij qui
habundant bonis ceteriſqꝫ reb⁹ quib⁹ terrenos honores felices pu
tamus ciuiū nouitates dominioꝝ mutaciones perturbaciones ciuiū
horrent et fugiunt. Quaꝓpter talibus ciuitatis regimen cōuenit
amplius quib⁹ ciuitatis et ciuiū perturbaciones diſplicent ſuis cō
tenti nō alienis rapidi. Prodigū autē nec bonū ciuē nec vtilem rei
publice eſtimam⁹. Poſt hos luſores ſcortoꝝ turpitudines inſequen
tes animo peiores dicim⁹ quos cū ludi taxilloꝝ calor vanitatiſqꝫ
libido ad pauperiem traxerit latrones et predones fieri neceſſe eſt
Poſt hoc omnis infidelitas prodicionis textura ebritatiſqꝫ vicium
ſequit̃. Hij bella ſequūtur militūqꝫ caſtra optantes tā victoriā ꝙ
predā multa lꝫ eis dampna īferant et parua lucra reportant. Ber
nardus equo inſidens obuiauit cuidā luſori. Cui luſor vellē vir dei
ludere animā pro equo ſi placeret. Bernardus reſpondit. Si animā
michi obligas egoipſe de equo deſcendo tibiqꝫ ſi plura puncta trib⁹
taxillis ꝓieceris ſponte et grate ꝯmitto. Q̄d ille audiens acceptis
tribus taxillis. xviij. pūcta traiecit ſtatīqꝫ luſor certus credens eſſe
de lucro frenū equi apprehendens ſuum equū eſſe aſſeruit. Cui ber
nardus. Exſpecta fili quia plura ſunt hijs ꝙ puncta vides in ipſis
taxillis ꝓicienſqꝫ eos tercius taxillus diuiſus eſt per medium. In
ſuprema ꝑte ſex repreſentans et in alia cōdiuiſa vnū repſentans.
Sic factū eſt vt alijs duobus pūctantibus. xij. et tercio ſeptē. xix
pūcta vnū vltra luſorē ſe ꝓieciſſe iactaret bernardus. Quod mira
culū luſor cū aduertiſſet animā ſub ipſius obediēcia dedit. factuſqꝫ
monachus laudabiliter vitam finiuit. Curſores et lraꝝ portatores
iter ceptum expediant ne moram cōtrahentes mittentibus eos vel
eis ad quos mittunt̃ ipſa mora in dampnū cedat. Sepe fit ꝑpedit⁹

modica hora aliꝰ preueniat qui contraria deferens hijs que preue
nire debuit ꝑoſtenſa cā ſeu lucri cupia aut accipiat cauſa victoriā
vt interueniēte pecunia lucrū portat et mercatura. Studeant ergo
curſores cum eos regni vicarij mittunt non ſe mane cibo grauare
nec ſero ſe vino replere ne debilitas neruis illata laſſati ſubſiſtant
Cū aūt tranſeundo ad ciuitates quaſlibet ꝑuenerūt nō curioſi ſint
eas circūſpicere aut explorent niſi forte ſuꝑ hoc mandatū habeant
ſpeciale. Nam ille ſtultus viator eſt qui per amena prata ꝓſpiciēs
obliuiſcit̄ quo tendebar. Expeditis igit̄ hijs que ad formā ſchacoꝝ
ad mores et ad eoꝝ officia pertinent tam nobiliū ꝙ̄ populariū. De
progreſſu eoꝝ breuiter videamus.

Incipit tractatus quartus de ꝓgreſſu omniū ſchacoꝝ. Capittulū. 1.

De ſchacario locuturi ſciend̄ ꝙ ipſum repn̄tat ciuitatē
illā babilonicā in qua hic ludus fuit inuētus vt dcm̄
eſt ſupra capittulo. 1. Circa qđ vidēda ſunt quatuor.
Primo quare ſint ibi. lxiiij. puncta quadrata. Secūdū
quare circūquaqꝫ libia ipſius tabellarij ſunt alta. Tercium quare
populares ſituati ſunt ante nobiles vt patet cū tabellariū ē plenū
Quartū q̄re tabellario pl̄eo tm̄ ē ibi de vacuo ſicut et de pleno. Circa
primū ſciendū ꝙ ſcd̄m dictū beati iheronimi ciuitas babilonica fuit
ampiliſſima et fuit quadrata ꝗlibet autē ipſiꝰ quadrū habuit. xvi.
milia paſſuū in numero et menſura quaſi. xvi. in quatuor ducta fa
ciūt. lxiiij et ſic ſequit̄ ꝙ habebat ī quatuor quadratis. lxiiij milia
paſſuū que menſura vt dicit̄ erāt. lxiiij. miliaria lumbardico more
ſeu lente more gallico. Ad repreſentandum autē hāc menſurā phūs
inuentor huius ludi tabularium ludi cōſtituit cōtinens. lxiiij. pūcta
que et ſic cōprehenſa ſūt interius ꝙ̄ exterius circa labiū vtrobiqꝫ
xxxij. Hoc factū eſt ludi ad decorem et motū ſeu ꝓgreſſum ſchacoꝝ
oſtendendum vt patebit inſequentibus. Circa ſecundū ſciendum ꝙ
labia tabularij repſentat murū dictis ciuitatis et quia fuit altiſſimꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

iō et labium in alto ſtatuit̃ Dicit enim iheronim⁹ ſuper p̃mo quīto
huius yſa. Onus ſuper montē caligioſam ꝙ hoc dictum eſt de babi
lonia que ſita fuit in chaldeo licet ſita eſſet in maxima planicie in
altitudine murorū ſic alta ꝙ p̄ nimia altitudine caligine cōtinue te-
gebant̃ in tantū ꝙ p̄ nimia caligine humanus viſus ad murorum
criminū altitudinis ſe nullatenus extendebat. Et iō mōs caligioſus
abys dicit̃. Altitudo nāq; murorꝝ eius vt dicit iheronim⁹ erat in
menſura .xxx. paſſuū que faciūt miliaria tria lombardica. In āgulo
autē ipſius ciuitatis erat turris triāgularis cuius cacumen ꝓtende
bat̃ ed menſurā paſſuū ſeptē miliariū. Hec turris vocata eſt babel
muros vero extra turrī cōſtruxit dimuran⁹ vt dicit virgili⁹. Circa
terciū ſciendum ꝙ populares ſtatuūtur ante nobiles iuxta campum
in ipſa quadra primo quia ipſi populares quodāmodo ſunt corona
nobiliū Nā dexter rochus qui eſt regis vicarius quid poſſet facere
niſi añ ipſe ſituatus eſſet agricola cui curas et tēperalia cōmitteret
et victū miniſtraret. Quid miles faceret niſi ante ſe fabrū haberet
qui frena calcaria et ſimilia pararet. Quid valet ſine equo miles
aut hijs que ad ornatū militis pertinent certe nichil . Quantū enī
popularis et forte min⁹ poſſet valere. qualiter ſine veſtil⁹ nobiles
viuerent. ſi deeſſet q̄ merces et pannos venderet aut faceret. Quid
reges aut regine aut ceteri facerent ſine medicis. Gl'a ergo nobiliū
atq; vita populares ſunt. Ne ergo tu miles aut nobilis populares
deſpicias. Ante nobiles in hoc ludo populares ſituatos noueris. Se
cunda cauſa ē quia populares anteꝙ̄ bellare incipiant ante vacua
quadra ſtatuunt̃ vt ex hoc diſtant ſuis officijs et artibus intendere
Conſilia vero et ciuitatis regimē ac bellorū ordinē nobilis ꝑmittāt
tractare. Qualiter enim ſciet cōſulere populares qui numꝙ̄ ſtuduit
circa cōſilia quale dabit conſiliū qui adhuc ignorat naturā rei ſup
qua cōſilium eſt habendū. Vacent ego et incedant officijs ac miſte
rijs quibus ſunt apti non curent intereſſe cōſilijs nec aduocaciones
ſeu cōiuraciones inueniant quia per violenciam ſubuertunt conſilia
et deficiētibus ſapientibus ciuitates detrahunt̃ ad yma. Plato enī

tune dixit beatus fore reſpublicas cū eas aut ſapientes regerent â
eoꝝ rectores ſapiēcie ſtudiū inſiſterēt. Prius ergo popularis diſcat
loqui ꝙ̄ in cōcione ꝓrare velit. Sepe enī fit vt qui plus eſſe q̄rit
ꝙ̄ ſit minus fiat ꝙ̄ eſt. Circa q̄rtū eſt ſciendū ꝙ tabulario extenſo
iūī eſt de vacuo ſicut de plano et hoc eſt ideo quia quicumq̧ gentē
occupat ad regendū conari debꝫ vt ciuitates et caſtra et poſſeſſioēs
occupet que ſufficiunt genti ad inhabitandū et excolendū. Regis
nomē ſine regno vacuū eſt et inane. Nobilitas ſine moribꝰ et rebꝰ
fatuitas pocius cenſenda eſt et verecunda paupertas que a deo eſt
grauior quo eſt originis nobilitate quiſq̧ ſublimior. Pauperē po
pularem nemo obiurgat iniurijs nobilem et pauperē niſi mores eū
venuſtent vnuſquiſq̧ faſtidit Sine rerū habūdancia regna latro-
cinia ſunt ſine potencia originis nobilitas vanitas eſt et deſpectus
Et ſchateriū ciuitatem quā prediximus ꝑfiguret totū tn̄ regnū et
ipſum vtiq̧ mundū ſignificat. Si ab vno quadro incipientes vnū
numerū cuiꝰlibet milij ad ſecundū quadrū et per aliū vſq̧ ad. lxiiij
multiplicādo imo duplicando ꝓducimꝰ nō ſolū mundū ipſum equi
ualens ſuperexcreſcit. Si plures mūdos natura pateret̄ excreſceret.

Capitulū ſecundū de ꝓgreſſu et motu regis et natura eiꝰ.

Hic regno mundi rex ipſe dominando preſidet et hac eiꝰ oſtē
dit progreſſionis natura. Cum enī reſideat in quarto quadro
Cū ſit ipſe niger habet a dextris in albo militem. Alphilē vero et
rochum in nigro. In ſiniſtra vero hij tres tenēt loca oppoſita. Cuiꝰ
racio eſſe poteſt quia cū gloria et corona regis ſint milites eum ſe
quūt̄ in ſua ſimili reſidēcia quā faciūt dū dexter regi ſiniſter regine
ſedi ſimili ſociant̄. Cū vero vicarius regis ſit rochus dexter reginā
in ſede ſimili ſociat ꝙ et iudex alphilis ſimili modo facit. Siniſter
vero rochus et alphilis regem in ſimili ſolio ſociant vt habuit in
ſibi ipſis oppoſitis regimen qd̄ ī rege et regina emicat ipſis in locis
et ſedibus ad modū corone ſuccinctis ſecurius obfirment. Cū enim
iudex miles et vicarius regine ꝑm uniūt regē oppoſiti vero in regis
dextra reginā cuſtodiunt totū regnū firmitatibus et cōuenientibꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

in vnū qui ad conſiliū pertinent robur acquirit et regni negocia
ſecurius diſponunt. Si enī vn9quiſq₃ propria attenderet non quē
regno vel regi debentur attenderet defenderet vel curaret cito fieret
regni diuiſio et pſequens regnum perderet nomen regni et regie
dignitatis. Quare vero ſuper omnes optīet dignitatē et dominiū
racione dignitatis nō decuit cum multo ſpacio regni ſolio abſentare
Et ideo cū moueri incipit t̉nariū numerū non excedit. Cum enī mo
ueri inceperit de vno quadro albo naturā ſequit̉ rochoꝝ a dextris
et a ſiniſtris. Ita tamen ꝙ a ſiniſtis poteſt ſe ponere in loco nigro
iuxta rochum ſituatū in albo et poteſt ſe ponere in loco albo iuxta
dictū rochū ad angularē quadrū vbi ſituātur cuſtodes ciuitatis et
ibi habet naturā militis in tali progreſſu. Iſtos duos greſſus ſortit̉
vite regine quia cū regina et rex propter matrimoniū vna caro ſit
Ideo rex ad ſiniſtram de loco proprio pambulat ac ſi ipſe in quadro
regine qđ eſt nigrū collocatus eſſet pambulat autē in rectū ad mođ
rochi ad quadrū albū dūtaxat ꝙ rochus aduerſari9 nō ſit coeptus
in aliquo ſpacio ſecūde linee. Si enī ibi eſſet rochus alb9 diſcoop9
in ſecunda linea tunc rex magis ad terciā lineā non poſſit tranſire.
Sic ergo rex ſortit̉ naturam rochoꝝ a dextris et a ſiniſtris ad loca
militū et rectū ad ſpaciū albū ante mercatorē. Rex eciā naturā ſe
quit̉ et ſortitur militū a dexteris quātū ad duos progreſſus quia de
loco ſuo poteſt ſe ponere in loco fabri qui eſt in nigro et ad ſpaciū
quadrū. Sed eciam in vacuū ante lanificē ſeu notariū. A ſiniſtris
eciam duos habet progreſſus militares quia ante medicū poteſt ſe
ponere in ſpacio vacuo et in quadro nigro vbi ſituātur tabernarij
Sic ergo quantū ad quatuor quadra rex militū naturā in pgreſſu
ſortitur. Alphilis vero naturā rex ſequit̉ et ſortitur quātū ad duos
pgreſſus quia a dexteris poteſt ponere in quadro albo et vacuo añ
fabrum a ſiniſtris vero in quadro albo et vacuo ante tabernariū.
Iſtos aūt pgreſſus habet dū eſt ſituatus in loco proprio habenſq₃
eos in virtute anteꝙ̄ mouere incipiat. Poſtꝙ̄ moueri incepit non
poteſt pertranſire niſi ad vnicum quadrū et tunc naturā populariū

in ꝓgreſſu ſortit᷑ merito hanc naturã omniũ rerũ habuit quia cum omnis virtꝰ que ē in membris ſit in capite et motus tocius corpis Principiũ eciã vite ſit a corde ſic et om̄es ſubiecti regie dignitati quitq̇d habent a rege debent cognoſcere ſe habere et quia alij hn̄t per executionē et continuã apparenciã ex motu et progreſſu eorum rex cõtinet in virtute militũ victoriã iudicũ prudenciã vicarioꝝ ſeu legatoꝝ auctoritatē. Regine cõtinenciã populariũ concordiã nōne omnia regis honori et glorie aſſcribunt᷑. In progreſſu autem ſuo cõmoueri primo debet lineã terciã ante populares ſitã non excedit A trinario autē numero omnis ſchacus incipit moueri quia t̄narіꝰ numerus cõtinet partes que cõſtituũt primũ perfectũ naturã qui ē ſenarius. Nã trinarius habet vnũ duo tria que ſimul iuncta in ſe nariũ ſurgunt qui eſt primꝰ numerus perfectus. Et ſignificat in h̊ loco ſex pſonas nominatas que regni pfectionē cõſtituũt ſcilicꝫ regē reginã iudices milites vicarios et populares. A tribꝰ igit᷑ numerꝰ in ſuo primo motu rex incipere debuit vt pfectionem vite tam in ſe q̄̃ in alijs ſe habere oſtendet. Priuſq̄̃ aũt rex moueri incepit ducere poteſt ſecũ reginã ſcḋm modũ qui dicit᷑ in capittulo de ꝓgreſſu ipſiꝰ Nam regina ſequitur regem ad duo loca ãgularia nigra ad modũ alphilis et ad locum iudicium ad modũ rochi in quadronigro ante medicũ. In hoc ſequit᷑ q̄ mulieres non poſſunt vouere aut promit tere aliq̄̃ magna ſine volũtate viri. Et ſi magnũ aliq̇d ipſa ꝓmiſerit viuente viro. viroq̄ꝫ contradicente nõ poteſt reddere. Si vero vir ire voluerit ſine ipſa poteſt. imo ſi ipſam vir ducere voluerit ſecũ eũ ſequi vxor tenet᷑. Cuiꝰ racio eſt q̇a caput mulieris eſt vir. viri aũt caput nõ eſt mulier. Cũ vero quantũ ad ea que matrimonij ſunt pares ſunt quia vir poteſtatem corporis ſui non habet ſed mulier Et mulier poteſtatē corpis ſui nõ habet ſed vir. Si cõtingat hoīem velle ꝓficiſſi ad loca lõginqua mulier de iure ꝓpter matrimoniale debitũ ad eadem loca poteſt a viro requirere ſe velle conduci et ille mulieri tenetur in tali voto ſeruire. Et ideo cum rex mouere īcepit regiã moueri poteſt. Nõ autē cũ ipſa mouet᷑ ſemꝑ et ipſum moueri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

neceſſe eſt.Quia vero prime linee quadratoꝝ ſunt infra regni ſpacia
ad tres primas.Rex in loco proprio ſituatus poteſt accedere. Cum
vero illam terciā progredi ceperit nō niſi in vna quadra puncti p̄e
peruenire.Nā dum eſt infra regnū ſecurus rex creditur. Ideoq; ſibi
concedit vt ad ſpacia infra regni cōfinia poſſit progredi. Cum ad
bellū vltra regni ſui cōfinia vno q̃dro ꝓgredi ſit cōtentꝰ.Perſona
enī regis ꝓ mille alijs reputat᷑.et ideo cū belli periculis ſe exponit
eum tꝑate et caute progredi neceſſe eſt.nā capto eo vel mortuo vel
incluſo vires oīm bellanciū deficiūt.Et ideo ipſum tantū in ꝓgreſſu
belli neceſſe fuit.licet autē ſic caute ꝓcedat vt vnū q̃dratū punctū
poſt primū motū excedere nō poſſit. Nulla tñ lege ſtringit᷑ qñ vero
ad omnē partem ſiue indirectū procedentē ſiue retrocedendo ſiue a
dextris ſiue a ſiniſtris ſiue in angulis tam in nigris q̃ eciā in albis
procedat nūq̃ tamē poteſt ſe ponere in bello imediate iuxta regē
aduerſarius ſed in tercio ſemper quadro oportet aduerſariū a rege
diſtare.Quē progreſſum nō inuētū credimꝰ quia licet omnibꝰ alijs
lex ſit impoſita in certis locis et terminis procedendi regem tamq̃
dominū a tali lege cōgruū fuit eſſe ī munē et quia reges ī bello nūq̃
ſibiipſis appropīquare poſſūt ideo ceteris captiuata captiuatis nulla
ſibiipſis regibus poteſt patere victoria.Quomō enī regno rex poſſꝫ
gaudere ſi miles ſibi ſubiectos haberet ſuꝑſtites de nobilitate regia
abſq; ſubiectorū multitudine gloriari vanum eſt atq; ridiculū. Con
tingit aūt regi in hoc ludo inuehendo dici frequēter ꝑ aduerſarios
tā nobiles q̃ populares. Schacus ꝙ eſt ius inde facias et hoc fit
niſi caterua ſuorū aut fortitudine aut ſapiencia muniatur.Qđ ideo
fit quia cū regis regimē aut nimiū iniuſtū aut durū ē ſepe ſubiecti
bellare deſiſtunt vt ſic per aduerſarios rex omittat dominiū. Sepe
enim cū neceſſitas iminet prelij populus et miles a p̄cipe ſuſcep
tas iniurias ad mentē reducit et ſic cū intra vrbē vindicare ſupra
principē eas non poſſint occaſione prelij extra ad bellū pati viſus
hoſtibus terga vertūt vt principi ſolo relecto cōfuſioni pateat qui
dura regebat.Cum vero per militē vel per aliū ſchacū in tali loco

dicit̾ ſchacus roch tunc rex vicariū perdit. Fatuꝰ enim rex eſt qui ad tm̄ ꝯuenit vt ꝑdit eū cui delegata autoritas ꝑtinebat. Quō eni negocia regni poterit ꝑagere ſi eo priuet̾ q̄ regni tociꝰ erat ꝓuiſor Sacculū vero portat ī capite q̄ captiuatis ciuibꝰ īcludit̾ in cītate

Capitulū terciū de progreſſu regine et motu eiꝰ.

PRogrecitur autē regina de loco proprio ſociata rege quādo moueri incipit duplici natura videlicꝫ alphiliū cum ſit nigra a dextris ad locū nigrū et vacuū an̄ lanificē ſeu notariū ad ſiniſtꝝ ad locū nigrū et vacuū an̄ ciuitatis cuſtodes. Naturā vero rochoꝝ ad duas partes ſortit̾. Primo ad locū nigꝝ vbi locat̾ alphilis dext̾ Secundo a ſiniſtris vbi locatur miles ſiniſter. Tercio indirectū ad locū nigrū et vacuū ante medicū. Cuius cauſa eſt quia auctoritas vicarioꝝ qui ſunt rochi in regina eſt ꝑ grām. vn̄ ipſa poteſt multa ſubiectis concedere grōſe. Alphiliū vero ſapiencia cum ſint iudices in regina debēt eſſe vt patuit in capittulo de forma regine. Militū vero cū ſint bellatores et arma portantes regina natura non tenet in progreſſu quia mulieꝝ propter fragilitatem corꝑis bellis itereſſe propriū nō eſt. Poſtq̄ aūt mota fuit de proprio quadro nigro vbi primo fuit locata non poteſt ꝓcedere niſi de quadro in quadꝝ vnū et hoc angulariter ſiue procedat ſiue retrocedat ſiue capiat ſiue capiat̾. Sed querit̾. Cur regina bellis exponat̾ cū mulieꝝ condicio debilis ſit et fragilis niſi forte velimus dicere q̄ morē eaꝝ mulierū ſequat̾ vbi viri ad bella procedentes mulieres et vxores cum tota familia ad caſtra ducunt̾. Tartari enim hoc faciunt. Et lꝫ vtant̾ arcu quia magis poſſunt impedire q̄ corporis virtute proſternere In ſolaciū tamē regis eſt factū vt ad amoris oſtenſionē prouiſum vt regina regem ad bella ſequat̾. Grandis namqꝫ cura eſt populo et ſollicitudo de rege ſucceſſore. Et ideo nō ſolū vxorē in ciuitate verum ad caſtra regem voluerunt adducere vt per filios poſteros regnū in ipſis maneret. Qualem autem ſcḋm habeat ipſa regina iuxta regis ſiniſtram in regno talem et cōtinuat in bello quia ibi nigra vbiqꝫ nigra eſt vbiqꝫ caſta et verecunda eſſe debet. Et quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

mulieres non debent nimis diſcurrere. Jdeo extra lineã in progreſſu nõ niſi vno quadro diſcurrit. Licet enim mulieres infra terminũ et terminos ſint ſecure ſociate extra terminos per ſuos regionis ꝓprie ſuſpecte et caute debent procedere et omnes viros habere ſuſpectos Nam dyna filia iacob patriarche virginitatẽ ſeruauit dũ in domo fratrũ ſuoꝝ quieuit ſed ſtatim cum curioſe ad videndas alias regiones exiuit a filio cychen corrupta fuit. Seneca dicit ꝙ mulieres que malã faciem hñt ſepe impudice ſunt. Non enĩ deeſt illis animꝰ ſed corruptor. Paulinus dicit ꝙ preter mulieres pauca animalia coitũ fouere grauidũ. Nigrã faciem ad oĩm virorũ aſpectũ habere debẽt. ne aliȷ̃s ſollicitare de incõtinencia diffament̃. Ouidius. Que dant queqꝫ regant gaudent tamẽ eſſe rogate Ludũt formoſe caſta eſt quã nemo rogauit. Juuenalis. Cognoſcit mulier ꝙ toto fiat in orbe prima videt famã rumoreſqꝫ illa recentos. Excipit ad portã fugiant ergo curioſitatẽ et viarũ diſcurſus ſi caſtitatem conſeruare cupiunt. Et homo a mala muliere fugiat que muſcipula eſt anime. Latrociniũ vite ſuauis mors blanda ꝑcuſſio ĩterfectio lenis ꝑnicies delicata malũ libens ſapida ingulacio et oĩm calamitas rerũ.

¶Capittulũ quartũ de progreſſu et motu alphilis.

Alphiliũ vero progreſſus talis eſt. nã in ſede propria ille qui magis eſt ad dexterã regis collocat̃. Qui vero eſt albus ad ſiniſtrã regine ſituat̃. Et dicunt̃ albi et nigri nõ ex colore ſubſtãcie ſed ex ſituacione ſiue albꝰ ſiue niger ſit dũ in proprijs locis ſituati ſunt pñt ad duo loca ambulare. Dextra enim qui niger eſt verſus dextrã pergens ſe in ſpacio nigro et vacuo ante agricolã locat qđ et cõgruũ fuit vt iudex poſſeſſiões et laborea ſcđm iura ſibi credita defendat. Jdem vero ipſe verſus ſiniſtram pergẽs ad ſpaciũ nigrũ et vacuũ ante medicũ ꝑambulat qđ ſatis cõgruũ fuit quia racione ſciencie medici et iudices ſunt affines licet differant officio ſicut enim medicus habet curare corpora et ad ſanitatem reducere. Sic et iudices habẽt aĩoſas cõtenciones ſanare et reducere ad cõcordie vnitatẽ. Siniſter uero q̃ albus ẽ duos habet ex ꝓprio loco ꝓgreſſꝰ

vnū verſus dextrā ad ſpaciū album et vacuū ante mercatorē ſitū et
hoc quia mercatores ſepe indigent conſilijs et lites eorū indigent
per iudices terminari. Aliū progreſſum habet verſus ſiniſtram ad
ſpaciū vacuū et albū ante ribaldos et luſores. Et quia tales ſepe
rixas et quādoqꝫ furta cōmittunt ꝑ iudices habent puniri. Eſt aūt
ſciendū ꝙ alphiles procedunt ſemꝑ de tercio quadro in terciū ſemꝑ
ſeruando propriū ſitū in forma vt ſi eſt niger ſemꝑ in nigro. et ſi
eſt albꝰ ſemper in albo et hoc procedendo ſemper angulariter. An
gularis enī proceſſus ſignificat cautelā quā ſemꝑ ī ſuis proceſſibꝰ
debent habere iudices et exhibere Tria vero quadra repn̄tāt tria
que iudex debet attēdere. Juſtas enim cās debet fouere recta cōſilia
dare cauſas ſcd̄m allegata de iure ſentenciare nūꝙ̄ a rectitudine
deuiare. Vnde iudex aut ſemꝑ albꝰ aut ſemper niger ē vt ē alphilis
Et eſt ſciendū ꝙ dexter qui eſt niger a proprio quadro iuxta regē
vbi reſidet verſus dexterā ꝓcedēdo et vlterius verſus ſiniſtrā decli-
nādo. Deiñ ad dextrā redeūdo verſus ſiniſtrā in ſex ſtationibꝰ totū
tabulariū circulariter ꝑagit et tunc in loco vbi primo ſituatus fuit
ſe inuenit collocari. Eodem modo et ſiniſter qui ē albꝰ procedit ꝙ
patet inſpicienti. Cuiꝰ ſignificacio accipit̄ quia lꝫ omnis ꝑfectio
debeat eſſe in regno ſumme tn̄ debet eſſe in illis qui regi et regine
habēt cōſulere. Nulla enī ardua et dubia debet rex attemptare niſi
iudicū cōſiliū interueniat et ꝑfectos neceſſe ē eē iā ſciēcia ꝙ̄ moribꝰ
et hoͦ repn̄tat motꝰ ille quē de trinario in trinariū q̄drū ꝓgrediētes
tenent. In ſenario numero qui primus eſt ꝑfectus motū perficiūt
circularē qui motus perfectus eſt eo ꝙ finē coniungat principio.

¶ Capitulū quintū de progreſſu militū.

Nunc autē ad militū accedentes progreſſum dicamꝰ ꝙ miles
ſiue ſit dexter ſiue ſiniſter cū dexter ē albus et ſiniſter niger
Motus autē eoꝝ talis eſt quia quilibet eoꝝ hanc naturā habet vt
albus progrediat̄ ad nigrū quadrū qđ declinat in alphiliū quadrū
ſicut patet de milite dextre qui albus eſt et tres progreſſus in loco
proprio ſituatus hꝫ vnū verſus dextrā in loco nigro ante agricolā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Et cōgrue quia cum agricola laborat et agros colit cū miles debet
cuſtodire vt ſibiipſi militi et eq̄s pabula colligat et miſtret. Scđm
ꝓgreſſum tenet mouendo ſe et ponendo an̄ lanificē in ſpacio nigro
et vacuo et illum debet ꝓtegere qui veſtes et alia neceſſaria corpi
tegumenta operat᷑ et facit. Terciū ꝓgreſſum habet verſus ſiniſtrā
in loco vbi mercator ſituatur ante regem qui locus niger eſt et con
grue quia miles pſonam regis tā q̄ propriā habet defēdere et tueri
Cum vero primū verſus dextram tenuerit quatuor quadra circuit.
Cū vero ante regem ſtatuit᷑ ſex quadra perambulare poſſit. Cū vero
ad mediū tabularij decurrerit octo quadra pſtringit. Eodēmodo eſt
de ſiniſtro qui ſcđm ſitum propriū niger eſt ſed alb9 fit et eodēmō
ad bellum progrediens ſua virtute creſcit et multiplicat᷑ in quadꝝ.
Cū enim niger verſus regē et albus verſus eūdem perambulāt. Vn9
autē ante reginā vt ſiniſter alius ante regē vt dexter ſe locat quaſi
regē et reginā ad modū corone cingētes ſūt. Cū vero ad bella deſcē
dētes et campū requirentes ſibiipſis inuicē obuiāt militaris virtus ſe
in eis perfectius manifeſtat. Miles enī cognoſci nō poteſt cui9 pugne
ſit niſi in certādo virtutē monſtrauerit. Cōſueuerunt fortes milites
et experti ī principio cū arma ſuſcipiūt tremere coloreq̄ palleſcere
de naribus ſanguis exire. Cui9 ſignū probitati pocius atteſtantur
q̄ vicio. Credibile nāq̄ eſt cum in principio timore cōcutit᷑ cū ad
bellū venerit cōſtanti9 agere nec terga vertere cum ad hoc peruenerit
ubi timor mortis a natura an̄ p̄uilus nō uitet᷑ ſed bellando forcior
repercutit q̄d natura in principio ipſi virtuti iraſcibili miniſtrauit.
Magna enim animi eſt cōſideracio arduo periculo et periculo nō cedere
ſed cōſtanter ſe vltra hoſtib9 bellant adherere q̄d et milites repñtant
cū in principio progredi nō poſſunt niſi ad tria q̄dra et circa fines
regni. Cū vero circa fines exiliuit tā cordati et virtute accepta vʒ
ad octo quadra pſiliunt ac inuentos hoſtes ꝓſternunt. Sic eſt de
omni homine qui de ſe humilia ſentit dū expoſitus fuit virtute cla
rius eluceſcit. Qui enim ſe humiliat exaltabit᷑ ꝛc.

Capitulū ſextū de progreſſu rochoꝝ motu et natura eoꝝ.

Rochoꝝ ſeu legatoꝝ aut vicarioꝝ proceſſus talis eſt. Dexter
enī niger ē et ſiniſter vero albus. Cū oēs ſchaci fuerint in
locis proprijs ſituati tam nobiles ꝙ̄ populares hoc attendendū eſt
ꝙ tam rex ꝙ alij nobiles ꝙ̄ eciā populares habent naturalr̄ vt ad
certos terminos poſſint progredi. Soli autē rochi cum ſint incluſi
nullā hn̄t ꝓgrediēdi virtutē niſi eis per nobiles et populares via
fuerit expedita. Qđ ideo eſt quia cum ipſi ſint vicarij et legati eoꝝ
auctoritas virtutē nō hn̄t donec inceperint exercere. Intra ergo pa
laciū regis reſidentes legacione fungi nō pn̄t. ſtatī aūt cū exierunt
vti pn̄t auctoritate a rege ſibi cōceſſa. Eoꝝ aūt auctoritas magna
cū pſonā regis gerāt et ideo vacuo tabellario exn̄te p totū tabella
riū quaſi per totū regnū diſcurunt et tam in albo ꝙ̄ in nigro eorū
quilibet ſiue dexter ſiue ſiniſter fuerit totū currit. ſi tamē vacuū tā
a ſuis ꝙ̄ aduerſarijs inuenerit expeditū. Cū enī aliq̄s eoꝝ in an-
gulo tabularij ſe inuenerit ad duas lineas quadratorū quātūcūq;
extenſas poteſt progredi et moueri. Cū vero in medio tabularij ſe
inuenerit lyneas q̄dratorū pambulare poterit. Et ſciendū ꝙ rochi
nūꝙ̄ progrediūt āgulariter ſed ſemp in rectū ſiue antecedant ſiue
reuertant. Omnib9 enī q̄ regi ſubditi ſunt tā bonis ꝙ̄ malis aucto
ritas vicariorū clare debet patere ꝙ̄ ſit recta et iuſta. Tāte vero vir
tutis ſunt in bello vt ipſis duob9 liceat aduerſariū regē deponere
ac captū regno priuare ac vita. Sicut factū ē vt cū tyrus rex pſarū
et darius rex medorū balcaſarē babilonie regem nepotē eiulmora
dach ſub q̊ hic ludus inuētus ē vna nocte regno et vi. a priuarent

Capittulū ſeptimū de progreſſu populariū.

Omniū enim populariū ꝓgreſſus vnus eſt. Nā a primo q̄dro
tibi ſunt ſituati ꝓgredi poſſunt ad terciū quadrū eo ꝙ quaſi
ſecuri infra regni cōfinia cōſiſtunt. Cū vero extra regni cōfinia pro
ciliunt vno quadro contenti ſemp in directū aſcendunt numquā tn̄
reuertunt. In rectū vero eūtes curāt p virtutē acquirere qđ nobiles
ſituati retinent in dignitate. Vnde ſi ſic per milites et alios nobiles
adniti fuerint ꝙ ad lyneam aduerſariorū nobiliū ſchacorū pueniant

ꝑ virtutē acquirūt ꝙ regine de [gracia eſt cōceſſum nā ſi quis eorū
poterit ad dictam lineā ꝑuenire ſi albus que fuerit vt eſt agricola
lanifex medic⁹ et ciuitatis cuſtos regine dignitatē acq̃ſitā retinēt
vt redeūdo verſus propria in primo progreſſu ac ceteris omnib⁹ vt
dictū fuit in capitulo de ꝓgreſſu regine tenebūt. Si vero populariū
niger fuerit vt eſt faber mercator tabernarius et ribaldus eod̄ mō
indirectū ad lineā aduerſariorꝝ nobiliū ſine dampno ꝑuenerit per
virtutē regine dignitatē et proceſſum acquirit. Eſt aūt ſciendum ꝙ
populares aſcēdentes ī rectū ſi quē nobiliū vel popularē inuenerit
aduerſariū. et hoc in āgulis ipſum a dextris vel a ſiniſtris capere et
occidere pn̄t. Cum enim tales habeant̄ ſuſpecti ne ꝑſonā popularis
aſcendentis ī directū vel res ipſius voluit diripere. Et lex oīs velit
vt vim vi repellere liceat cū moderamine inculpate cautele alterū
aduerſariū in angulo dextro tāq̃ p'one īſidiatorē. Alterꝝ in ſiniſtro
tāq̃ ſuarꝝ rerū īuaſtatorē capere poteſt ad albū vero vel ad nigrū
quadrū aſcēdendo in recta linea vel in angulis ꝓgredit̄ popularis
Nūquā tamē rectā lineā dextrā vel ſiniſtrā ſeu retrocedendo progre
dit̄. Nemo tales populares deſpiciat quia tā ad imperiū q̃ ad ſūmū
pontificatū virtutib⁹ p̄ditos et gracijs legim⁹ ꝑueniſſe. Cū gyges
quidā noīe armis et diuicijs eſſet ī opulentiſſimo lidie regno inflat⁹
aīo et veniſſet ad hoſpicium apollonij inſtitatur⁹ an aliquis morta
lium ſe eſſet felicior ex abdito ſibacorum ſpecu vox īſonuit que ei
p̄tulit qui ē popularis dictus. Agalaus ſophidius hic erat paupri⁹
reb⁹ aīo diues et etate ſenior qui t̄minos agri ſui num̄q̃ exceſſerat
Sic ergo de⁹ apollo approbauit cum ſecuritate agalai ſophidij rude
tigurium q̃ triſtē curis et ſollicitudinib⁹ aulā regiā gygis ditiſſimi
Magis eni approbauit paucas glebas pauci eris exptam q̃ oram
lidij piguiſſimam metu refertam. Hic pauper agalaus virtuoſus et
ſecuriſſim⁹ fuit vndiqꝫ. Cū enim homo eſt nacione inferior virtute
vero ſupior tāte glorioſior redditu. et formoſior. Vt de virgilius.
Nacione humilis ſapiencia maxim⁹ toto orbe terrarum clarus. Cum
enim ſemel ei diceret quidā ꝑuerſus homeri opi ſuo miſeret̄. Rn̄dit

eſſe magnaꝝ viriū clauā excutere de manu herculis.

¶ Capittulū octauū et recapittulacio tocius operis ſiue negocij.

BReuiter in quantū poterimus oīa ꝯſtringentes que ſuperius
diximꝰ dicamꝰ hunc ludū inuentū fuiſſe tēpore eiulmoradag
regis babilonie. Eum aūt inuenit xerſes ſeu philometer phūs. Cā
autē quare eum īuenit fuit correctio regis. Hec tria patent in tribꝰ
primis capitulis tractatus primi. Cū enim malus eſſet et impius et
nō poſſet correctionē ſuſtinere. Sed eciam correctores occideret et
multos tā prudentiſſimos occidiſſet. Populus qui multū triſtabatᷣ
de regis vita mala rogauit dictū phm̄ vt regē de vita ſua īcreparet
Qđ cū phūs populo allegaret mortē ſibi ſine dubio īminere populꝰ
ait. Certe ante debes mortē eligere ꝙ̄ ꝙ fama in populo volet ꝙ
regis vita deteſtabilis ſit tuo conſilio cū eum increpare nō audeas
vt tu dicis. Qđ audiens phūs populo promiſit regē corrigere cogi
tare cepit modū quo et mortē euaderet et populo ꝓmiſſum ſeruaret
Et tūc phūs ad mentē ſe totaliter cōtulit ſchateriū cū extra pūctis
quadꝝ inuenit vt dictū eſt in capittulo de ſchaterio Formas ſcha
coꝝ ad formā humanā de auro et argēto cōpoſuit et formauit ſcꝫ
ꝙ diximꝰ in capittulis de formis ſchacoꝝ in tractatu ſecūdo et tcio
Progreſſum autē eorū deſcripſit et motū ſcđm qđ dictū eſt in q̄rto
tractatu. Cū autē dictus phūs ſic totū ludū ordinaſſet et iam coram
multis in regis aula ludere incepiſſet placuiſſetqꝫ ludus omnibꝰ rex
ſuꝑuenit ludū deſidrauit. Et tunc phūs regem de ludo et progreſſu
ſchacoꝝ incipit docere dicendo p̄mo quō rex debet habere clemēciā
iuſticiā et cōtinēciā ſcđm ꝙ patet in capittulo p̄mo de forma regis
Docere eciam eū cepit de forma regine et de eius progreſſu dicens
quales mores regina debet habere. Docere eciā eū cepit de alphi
libꝰ et tamꝙ̄ de iuſtis iudicibꝰ et conſiliarijs quos in regno neceſſe
eſt eſſe. Itē de militibꝰ ꝙ̄ fideles ſapientes et liberales debent eſſe
Item de vicarijs regis et moribus eoꝝ. Sicut dictū eſt in p̄cedenti
bus capittulis de formis nobiliū. Docuit eciam quomō populares de
bent intereſſe artificijs ſuis et in eis ſeruire nobilibꝰ. Quare eciā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

ſunt ante nobiles ſituati vt habetur in quarto tractatu capitulo de
ſchacario. Cū ergo ſic ph̄us vitā regis curialr̄ rep̄hendiſſet quaſi
rep̄hendendo regē et nobiles in ipſo ſchacario ſituatos. Rex a ph̄o
queſiuit ꝙ ſub pena capitis ſibi diceret quare hunc ludū inueniſſ;
et quid eū inuenire mouiſſet. Tūc ph̄us timore coactus rn̄dit quō
populo requirenti promiſerat ꝙ regē corrigeret. Sed cum timeret
mortē videns ꝙ ipſe rex alios ſapiētes occidiſſet eo ꝙ audacie tāte
fuiſſent ꝙ ipſum increpare auſi fuiſſent dixit ſe in anxietate poſitū
qualiter vitā ſeruaret et modū curialē correctionis poſſet inuenire.
Cogitacione autē maxima p̄cedente hunc ludum inuenit vt regis
vitā meliorare poſſet curialiter corrigendo vicia tercie perſone for
mate in ipſo ſchacario ad memoriam et in publico educēdo. vt ipſe
rex qui ludū diſcere cupiebat dicta de tercia pſona tāq̄ dicta ſibi at
tenderet et ſaltem vitā mutaret et mores. Addidit eciam hunc ludū
inueniſſe ſe vt nobiles et habundantes in diuicijs et pace tp̄is gau
dētes ocioſitatē vitarent per hūc ludū dū ludendo eſſent ei attenti.
Vlterius vt daret materiā meditandi multis et inueniendi varias
raciones et modos tā ludendi q̄ eciā loquendi et ſcribendi ſup eo.
Rex autē huiuſmodi cauſis auditis cogitans eciā ꝙ nobilē correc
cionis modū dictus ph̄us inueniſſet ph̄m regraciādo vitā et mores
ad mādatū et ad modū quē ph̄us eū docere voluit pmutauit. Sicq;
factū eſt vt rex qui prius erat impius et inordinatꝰ iuſtus fieret ac
corā omniū oculis in virtutibus et moribus gracioſus. ſine virtuti
bus eum vitā ducere nō eſt opus hominis ſed belue. Igitur ad illū
recurramus qui eſt virtus a quo omnis virtus manat et gracia vt
nobis cui donauit modo aliq̄d ad honorē nobiliū dicere det graciā
in p̄nti vt in ppetuū poſſimꝰ cū ipſo viuere et regnare. Hunc autē
libellū ad ſolaciū nobiliū et maxime ludū cognoſcenciū. Ego frater
iacobꝰ de theſſolonia ordis p̄dicatorū cōpoſui et ad hūc finē pduxi
donante illo a quo omne deſcendit datum optimū et perfectum. Deo
igitur ſit honor et gloria in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

¶ Explicit ſolaciū ludi ſchacoꝝ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
168 E 16